De misericordia erga pauperes. Capitulū.xv.

EStote misericordes sicut et pater vester misericors est: qui pluit super iustos ⁊ iniustos: ⁊ solē oriri facit sup bonos et malos. Judiciuꝫ sine mia fiet illi qui non facit miam: mia sup exaltat iudicium. Si non remiseritis de corde vestro illis q̄ offendunt vos nec pater vester remittet vobis. frustra miam petit q̄ aliꝭs denegat miam. Sustinetis inquit apostolus: si quis vos in seruitutem redigit: si quis in faciem vos cedit: hic vr̄a stabilitur ꝟtus hic tota merces et premiū vt amicos diligamus in deū/ et inimicos propter deū seruus ille neq; accepta miꝑicordia conseruo suo denegauit miꝑicordiā: et ideo meruit habere seueritatez iustitie. Justitia sine miꝑcordia crudelitas est. Et iō iustitia cuz miꝑicordia miscēda. lex tota nostra in miꝑicordia est: ꝓpter peccatum: poterat quoq; nos damnare deus iustitia: quos sua saluauit miꝑicordia. quapropter q̄ misericordia indiget ⁊ eā alteri denegat christian⁹ non est. Impossibile est hominē esse misericordem ⁊ pium/ ⁊ irā non placare diuinā: beati miꝑicordes quoniam ipsi miam consequentur. Sacerdos et monachus precipue sine misericordia: est vt nauis in medio pelagi vndiq; ꝑforata/ vana religio est: que caret mia. Parum prodest esse habitu differentem secularibus ⁊ cō cordem vita. non vestimentis ⁊ ordine solo q̄s est sacerdos ⁊ monachus: sed vita. heu quid dicā: sepe ex magna abundātia tristitie homo loquit. Ecce mūd⁹ vndiq; feruet monachis ⁊ sacerdotibus: ⁊ tamē sunt prarissimi sacerdotes ⁊ monachi ꝙ vix de cētum vn⁹ reperiat bonus: nulla

certe in mundo tam crudelis be
stia est ꝙ malus sacerdos ⁊ mo
nachus.nam corrigi non patit̄/
nec veritatem audire potest.Et
vt breuiter dicam omnes Ƀemi
net malicia/sūt hi tales sacerdo
tes ⁊ monachi solū habitu ⁊ no=
mine/quorum vana est religio.
Religio munda et immaculata
apud deum ⁊ patrem hec est/vi
sitare pupillos et viduas in tri=
bulatione eoꝝ/⁊ immaculatum
se custodire ab hoc sclo. heu ꝙ=
tum in spiritualibꝰ habitu ⁊ no=
mine creuit cupiditas/immo vt
verius dicam causa hmōi spūa=
litatꝭ est auaricia.Qui certe sūt
lupi rapaces in vestimētis ouiū
vbi sacerdos ⁊ monachus cupi=
dus ē ⁊ sine mīa/ab eodē plusꝙ
a serpente fugite.Sūt etenī no=
nulli q̇ totū suū fructū existima=
uit/ecclesias et monasteria mi=
ro modo ⁊ ope ex pauperū mer=
cede edificare.In quibꝰ tanta vi
get cupiditas vt terrā et oīa si=
bi deficē putēt. Ibi cor/ibi mēs
ibi semꝑ sua cogitatio ē.vt alie=
na possint expoliare marsupia.
hos saluator increpās ait.ve vo
bis inq̇t qui edificatis monumē
ta ꝓphetarū.Ecce qui monaste
ria edificāt/ecclesias miro artifi
cio aptant.bonum videntur opꝰ
facere.Sed siquidem misericor
diā pauperibꝰ faciunt:bonū est.
vis vt opus tuū placeat deo:fac
vt de hoc pauperes gaudeant.

quod tēplū est carius deo ꝙ ho
mo?templū dei estis vos inquit
apostolus. Cum pauperi manū
tribuis.cum viro in suis necessi
tatibus subuenis.cum errātem
ad viam rectam ducis.ꝙ admi=
rabile et deo gratū templū edi=
ficasti.frange esurienti panē tu=
um:⁊ egentes/vagosq̧ induc in
domum tuam. cum videris nu=
dum operi eum:⁊ carnem tuam
ne despexeris nemo se excusans
dicat.nō habeo quid paupi fra=
tri tribuam.Si vestimentum vl̄
aliquid vltra extremam necessi=
tatē possides ⁊ paupi indigenti
nō subuenis.fur es ⁊ latro.sumꝰ
filij dilectissimi i tp̄alibus rebus
solū dispensatores ⁊ non posses=
sores. si q̇d supfluum quo alter
frater egeat possidemꝰ furamur
immo peius facimꝰ ꝙ q̇ furatur
ex inopia ⁊ necessitate. Iste tn̄ vl
tra furtū facit. iste tot/ quot nō
cōdonat patiētibus necessitatē.
Dices forte miser/meū est:nam
hoc mei dimisert michi parētes
sed si hoc tui dimiserūt parētes
quomodo tibi potuerunt dimit=
tere qđ suum non erat?At si suū
erat inquies/quis dedit sibi?q̇d
in mundum venients appporta
uerunt?quid recedentes secum
ferunt?Certe que paupeꝝ pos=
sidemus/in die iudicij corā ocu=
lis diuine iustitie vindictam ex=
clamabunt/qui habet aures au
diendi audiat/qui michi nō vult

credere heu q̄ grauiter sentiet cum diuitie sue trāsierint in egestatem. lex naturalis hec precipit/ vt qd ab aliis desideramus hoc faciamus aliis. Quid aliud lex vetus predicat aut euangelium? percontare vndiq3 qd aliud isinuat? vere corā deo iudice erūt testimonia. quid ergo dicā his qui solū lapides cōgregant et muros exigunt in altitudinē quorum ē cor et cogitatio vt humanis oculis op9 appareat/ laudetur edificium. ⁊ totam hic suā arbitrātur iustitiam. Sunt etiā aliqui qui de rapinis et pauperum sudore oblationes ⁊ victimas deo offerūt: tales oblatiōes ante diuinā clemētiā nō parum sunt abominabiles. Quis tā insipiens est vt nō intelligat q̄ talia edificia nō cedunt ad gloriā dei: s3 ad mundi pōpam. Sed si quis diceret nunquid bonu3 est edificare monasteria vt ibidem honoretur deus. Ad quod ego: bonum est dūmodo paupes violentiā non sint passi/nec iterpellent deū contra nos. Quomodo possum edificare domū deo placitā vel sanctis eius ex illis pecuniis/de quib9 paupes plorāt? qualis iustitia pōt esse numerare mortuos ⁊ spoliare viuētes/ ⁊ de indigentia paupe⁊ offerre deo? Certe si hec dō placeret iustitia/foret socius violentie. ⁊ si hāc a nobis vellet oblationē/cōscius fieret in petō. Ast si deo displicet/potest placere sanctis?

De depositione omniū viciorum. Capitulum. 16.

Qua de re filij dilectissimi deponētes oēm maliciā/ oēm dolū simulationes iuidias: ⁊ oēs detractiones sicut mō geniti infantes rationabiles sine dolo lac cōcupiscite vt in eo crescatis in salutē si tñ gustatis q3 iust9 ⁊ dulcis est dñs. vere si nō eritis sicut paruuli: nō intrabit3 in regnū celo⁊. Paruul9 videns pulchram mulierem nō delectatur/ preciosam vestē induēs non desiderat. in iracundia non perseuerat. lesus nō recordatur: nō odit. patrem sequitur. matrē nō deserit. Et nullus se regnum celorū cogitet attingere: nisi hanc paruuli innocentiā ⁊ simplicitatem imitari studeat. id ē castitatē habere. mundū spernere. fratrē diligere. ⁊ in gremio matris ecclesie semper incūbere. Exuite vos dilectissimi filij veterē hominem et iduite vos armaturā dei vt possit3 stare aduersus isidias dyaboli. Dyabol9 in mundo nichil possidet. Expoliat3 ḡ mūdanis reb9 mometaneis et cito velut vmbra labētib9 cū nudo. qui onerat9 vestib9 cū nudo luctatur citius ad terram deiicitur. quia vnde teneat̄ habet. vis firmiter

cum dyabolo dimicare:vestimē ta proijce ne succumbas. terrena omnia sunt quedaʒ corporis indumēta. Qui pl⁹ possidet/citi⁹ vincet. Arma vestra pugnaturis sint castitas/patiētia/ humilitas/ꝛ caritas:hec sūt arma ad uersus versutias dyaboli quib⁹ si muniti fueritꝭ accingētes fortitudine lumbos vr̄os:roborabitis brachium vr̄m : fortitudo et decor indumētū vr̄m erit. Et cū eritis in ꝑlio ridebitis non timebitis a frigoribus niuis. Et bn̄ fundata erit domus vr̄a supra firmam petraʒ que est christus.

¶De luxuria. Capitulum.17.

Ensis diaboli luxuria. heu quot illa interficit rūphea non est aliud peccatum quo toties dyabolus victor existat. fugite luxuriā. nam sicut ꝟginitas angelis holem equat immo pl⁹ eum quā āgelum facit. ita luxuria hominē plus q̄ bestificat et vt ita dicaʒ multo peius bestiaruʒ efficit. De nullo alio legitur peccato deum dixisse se penitere fecisse hominem. hec huiusmodi facit opa:corp⁹ debilitat. ꝛ quasi ꝑ eam morte destruit/famā denigrat/ marsupia euacuat/ furta istruit/homicidia causat/ memoriaʒ hebetat/cor aufert/ oculos vtriusq; hominis cecat : pre ceteris peccatiꝭ iram dei prouocat:ex radice gule orit. Propter hoc nanq; legit peccatum deuʒ mūdo induxisse diluuiū. Sodomā et gomorrā cōbussisse ꝛ multos alios hoies interemisse. hoc est rete dyaboli. Si q̄s capitur nō cito soluitur. in isto tā graui prelio nemo pōt vincere nisi fugiat : nemo ꝑt firmiter ꝑdurare nisi carnē domet. Qui vino vtitur ignē portat i gremio. nolite (inquit apl's) inebriari vino in quo est luxuria. hoc preliū nō sustinet nisi abstinētia et ieiunio. vinū nocet sʒ cētuplo magis vultus mulierū:mulier dyaboli sagitta est:qua in luxuria hō cito trahit:nullus in hoc cōfidat viuēs. Si sctūs es nec tn̄ securus es :mulier viri preciosam alam capit. nanquid abscōdere potest homo ignem in sinu suo vt vestimenta ei⁹ non ardeant:aut ambulare sup prunas vt non comburantur plāte ei⁹:homo ꝛ mulier/ignis ꝛ palea. Dyabol⁹ nūq̄ insufflare cessat vt accendantur : hui⁹ preliū nunq̄ fiet victor nisi fugiēs. nunq̄ viro cum muliere sint longa colloq̄a sola:nisi simul loqui faciat necessitas. vir mulieris cuncta spernat munuscula et blanda ꝟbula:si nō vult luxurie capi laqueis. tāta sit int virum ꝛ mulierē raritas : vt alt alterius nomen nesciat. Plurimi iā sanctissimi ceciderūt hoc vicio propter suā securitatē:timeatis

filij. Si i alijs pctis timendū est: in isto multo plus. Sed vere dicā: hodie sub spiritualitatis nomine nouū fit fornicationis genus a pluribus: heu qd proferā? hodie non verecūdātur hoies quinimo gloriātur cū malefecerint Aliqualis i mulieribus viget verecūdia quāq̄ parua. Sed heu i viris passim ita hec creuit malicia: vt ille putetur insipiēs qui huius doctus nō est. Quid ei plura? hec sua est festiuitas: hec ois predicatio. Ob hoc frequētant ecclesias vt mulieres videant et earū vtātur colloquijs: quatinus inde luxurie amplius crescat appetitus. sz quid vir miser gloriaris i malicia ista? forte quia potēs es i iniquitate. Cētuplo peccas plus q̄ mulier. mulier mollis et tu fortem existimas. illa i domo sedet/et tu vagādo mille modis eam illaqueas/et aliquando eam cogis vt vi faciat: hec cū facis quia deus tacet/cogitas q̄ sit tibi similis: sz veniet tēpus quo arguet te et statuet contra faciē tuam. vnde filij estote prudētes sicut serpētes/et simplices sicut columbe/et pugnate viriliter cū antiquo serpēte. Sint lumbi vestri precincti et lucerne ardētes in manibus vestris. Et nunc viriliter agite et cōfortetur cor vestrum/quoniā illi qui debellant vos timebunt: et in deo facietis virtutem et ipse ad nichilum deducet tribulantes vos.

¶ De dilectione seu charitate. Capitulum. 18.

Predilectissimi filij mei diligite vos inuicem: nō enim accepi hoc ab homine: sed a saluatore. hoc inquit est preceptū meum vt diligatis vos inuicē sicut dilexi vos. In sola enim dilectione oia virtutū bona cōsistūt: sicut ex vna radice multi ereūt ramuli/sic ex caritate oēs generātur virtutes. Si linguis hoim (inquit apostolus) loquerer et angelorum/si oēm habuero pphetiā et nouerim mysteria oia et oēm sciētiā/et si habuero oēm fidem ita vt montes tansferam: charitatem autem nō habeam nichil sum. qui etiam veram charitatē habet/benignissimus est et patiēs Ille veram charitatē habet qui non tātum proximos diligit per effectum cogitationis et carnis. sicut Ethnici et publicani faciūt sed qui ita diligit inimicum sicut amicū. In hoc vno potest homo cognoscere si manet in charitate/si ipse ab eo diligitur q ei aduersatur. Certe hoc q̄plurimum aduertendum est. Sunt q̄plurimi qui diligūt: sed male. In tantum enim aliquem diligūt: q̄ dilectionem dei perdūt. qui aliqd supra deum diligūt: deo nō sunt digni. In cunctis virtutibus re=

quiritur tēperātia: virtus semꝑ vult mediū. nimis diligere malū est: nimꝰ diligere malū est: sed vt ius exigit diligere: bonuȝ est Oīs dilectio que nocet vitanda est: ꝓpter nimiam dilectionē aliqui in luxuriā ceciderunt. ꝓpter modicā aliq̄ in inuidiā deuenerunt. multi oratiōes et dei obsequia dimiserūt. hoc quippe agit superfluꝰ amor vt quē diligit sēper videre velit: nimiꝰ ⁊ stultus amor ignorat siquidē ⁊ iustitiā et veritatē: ratione caret/ modū nescit neqȝ aliud cogitare potest ꝙ qḋ diligit. Amor iste nō accipit de impossibilitate solacium neqȝ de difficltate remediū. Impossibile est hoīem qui talē habet amoreȝ deo posse acceptabiles oratiōes facere. hic amor nō est charitas: sȝ est stulticia siue fatuitas. Omnes nostros debemus diligere fratres sicut nosipsos: ita ꝙ vicia non diligantur. Punire malū charitas est: plus meliorem diligere iustum est: sic diligendi sunt homines vt bonitas exaltetur/ ⁊ vicium deturpetur. vera charitas exigit vt deū diligamus ex toto corde ⁊ ex tota mente/ ⁊ ex totis viribus nostris. ⁊ ita singulariter quod cū deo nichil aliud diligamus nisi quod ad deum pertinet. ⁊ proximum nostrum sicut nos in duobus his mandatis tota pendet lex et prophete. Qui sine charitate est/ sine deo est: quia deꝰ est charitas/ ⁊ charitas est deꝰ: qui manet in charitate/ in celo iam cepit hītare. In celo est vna charitas omnium beatorū: vbi charitas vera est/ tibi nulla inuidia est/ ibi ambitio nulla cognoscit/ nec murmuratio/ nec detractio/ nec derisio: sed est omnibus vna et eadem voluntas: hoc scitote fratres quia si non habetis charitatem perfectam: sub dyabolica potestate estis/ nec vltra deꝰ vobiscū habitat. Et qui sine deo est: in inferno est. Idcirco predilectissimi filij hortor vos dū tempus habetis ne inuanū dei gratiam recipiatis/ gratia dei oībꝰ data est ꝑ mortē filij eiꝰ duȝ isto tp̄e tam breuissimo viuimꝰ: seminemꝰ: qꝛ postmodū suo tp̄e metemꝰ. breues dies hoīs sunt/ ꝓcidit velut a texēte vita nostra/ tanꝙ fur mors venit/ cum mortuus fuerit homo non simul descendit cū ipso gloria domꝰ eius diuites in bonis ꝗuis in minimis ducunt dies suos/ ⁊ in puncto ad inferna descendunt. Opera cuiuslibȝ sequuntur illum ꝑrarum est vt hominis cuius mala semꝑ fuit vita/ bona sit mors siue bonum siue malum tempore isto fecerimꝰ/ illud idem post finem mortis inueniamus: non expectetis: quia tempꝰ istud acceptabile est/ dum lucem habetis non ambuletis in tenebris.

qui ambulat in tenebris nescit quo vadat. lux nr̄a xp̄s est qui lucet in tenebris ⁊ illuiat oēm hominē venientē in hunc mundū. vt ergo filij lucis sitis ⁊ tenebre vos nō cōprehendāt. ad ip̄m accedentes lapidē viuū ab hominib⁹ quidez reprobatū/a deo autem electū et ipsi tanq̄ȝ lapides viui supedificamini et in oībus exhibeatis vosmetip̄os tāq̄ȝ ei⁹ ministros in multa patiētia / in tribulationibus / i necessitatib⁹ in augustijs/i plagis/in carceribus/in seditionibus/i laborib⁹/ in vigilijs/in ieiunijs/ i castitate/ in sciētia/in longanimitate/ in suauitate/i spiritu sancto/ in charitate non ficta/in verbo veritatis/in virtute dei.

¶De mendacio. Cap.19.

NOn sit inter vos mendaciū omnis vir mendax abhominabilis est deo. Est eni deus veritas ⁊ veritati obstat mēdacium: omne fugietis verbū ociosum. de quolibet eni verbo ocioso ⁊ vano reddem⁹ deo rationē.

¶De silentio. Capitulum.20.

SIlētiū diligite. vbi est multiloquiū ibi frequēter ē mēdaciū vbi mēdaciū ibi peccatum sermo indicat qualis ē hō in ore sacerdotis vel monachi raro vł nunq̄ȝ sit verbū in quo nō sonet nomē xp̄i. sp̄ diuinā ruminet legē. Eteni q̄ in lege dn̄i meditat̄ die ac nocte/non abiens in cōsilio impiorū neq̄ȝ in via peccatorum. erit tanq̄ȝ lignū plātatū secus decursus aquarū. cuius folia nō decidēt. sed dabit fructuȝ suū in tēpore suo et oīa quecūq̄ȝ fecerit semper prosperabuntur.

¶De mala societate vitāda. Capitulū.21.

CErte nil tam nocet homini quam mala societas. talis enim efficitur homo qualiū societate fruitur. nunquid cum agno lupus habitat? vir castus certe luxuriosi societatem aufugit. Plusq̄ȝ impossibile puto virū diutius i bonis permanere operibus. qui malorum assidua conuersatione vtitur. Cum sancto (psalmista inquit) sanctus eris. et cum electo electus eris: et cū peruerso puerteris. Sicut nāq̄ȝ nocet mala conuersatio. ita bona prodest. null⁹ potest huic cōparari thesauro. Qui bonam societatem inuenit. vitam inuenit diuitijs affluit. Certe vera dicā Perraro homo vel bon⁹ vel malus efficīt nisi ob societatis causam. pueri cor tanq̄ȝ tabula rasa in qua nichil depictū est fore dicitur. Illud ꝙ qđ a societate recipit vsq̄ȝ ad senectam retinet siue

bonum siue malum sit. Raro cū iuuene iuuenis hitet. naʒ ignis si apponatur igni calorem non extinguit sed enutrit. Semp vir quem delectat sapientia: se maiori etate et sapiētia socius existat. Alioquin si sibi simili societur assidua societate: de stulticia in stulticiam dilabitur.

¶ De iuramento prohibendo. Capitulum.22.

Ante omnia filij mei predilectissimi nolite iurare omnino neqꝫ per celum neqꝫ p terram neqꝫ per aliud quodcūqꝫ iuramētū. Si aūt sermo vester est est: non nō: cui⁹ in ore frequens sonat iuramentū: in ipso homie praua est dei cognitio ꝛ dilectio Si nō est qđ iuro: deū esse nego: preceptū eniʒ dei prohibet. non assumatis dei nomen in vanum

¶ De oratione. Cpm.23.

ORationibus instate continuis multū valet frequens oratio et deuota. Oratio hoīem a terra subleuat/ad celestia vehit ꝛ facit hominem cum deo loqui: et gratias ab eodē obtinet: dummodo sit deuota ꝛ mixta lachrimis. multū valet oratio frequēs ꝯspersa lachrimis ad promerendā diuinā clementiā ꝛ exauditionis bñficiū obtinuit Ezechias statim gr̄aʒ a dño suis lachrimis ꝛ orōnibus: vt mutaret sententiā quā sibi dixerat: liberauit de⁹ Susannā a iudicio dire mortꝫ ꝑpter orōnē ꝛ lachrīas Orationib⁹ helie celū dedit pluuiā qđ clausuʒ fuerat trib⁹ ānis ꝛ sex mensib⁹. Si aliquo egueritis: petatis a dño orationibus ꝛ lachrimis in fide nichil dubitantes. Qui fidē ei verā hʒ vt granuʒ sinapis: q̄cquid petierit fiet ei statim. Jlle idē dn̄s ꝛ diues ī oib⁹ q̄ tūc erat ꝛ nūc est spes vr̄a ꝛ gaudiū vestrū/cogitatio vr̄a/ ꝛ omne desideriū vestrū sit semp deus: quoniā ex christo ꝛ in ipō et p ipsum sunt oīa: in quo viuimus per queʒ mouemur ꝛ sum⁹ sine quo nichil penitus sumus.

¶ De exhortatione fratrū in hora mortis. Cpm.24.

IAm filij mei non multa loquar vobiscum. venit enim hora ad quam natus sum. hac conditione huc veni vt exirem. Nunquā natus fuissem si mori non debuissem. Suo tp̄e non pepercit deus xp̄o filio suo. sʒ pro omnibus nobis fecit ipsum christum mori ī patibulo scilicet crucis stipite: per cui⁹ mortē mors nostra mors est. Nemo enim vestrum sibi viuit. sed nec moritur Siue eni viuimus/dn̄o viuimus siue morimur domino morimur

siue ergo viuim⁹ siue morimur domini sum⁹. In hoc vocat xp̄s dn̄s viuorum ⁊ mortuorū. si em̄ xp̄s mortuus est. certe seru⁹ nō est maior domio suo. Idcirco et nos moriemur. si enim resurrexit habeam⁹ fidem firmissimam qd̄ ⁊ nos resurgemus. Et si xp̄s sic resurrexerit vt amplius non moriatur: certe ⁊ nos post resur rectionem nostrā nunq̄ moriemur: sed semper cum christo in gloria stabimus. Cum em̄ mortuus fuerit christus: vetus homo noster simul mortuus est: vt destrueretur corp⁹ peccati vt fie remus vnum corpus cū illo. Id circo si resurrexit christus etiaz resurgemus cū illo: quia sumus membra eius. si autem ⁊ christ⁹ non plus morietur: nec nos simi liter. Quo quidem filij mei dilectissimi: si nunc morior credo q̄ redemptor meus viuit: et in nouissimo die de terra surrectur⁹ sum: et rursum circundabor hac pelle mea: et in ista propria car ne videbo ipsuz saluatorē meū: quem visurus sum egoipse qui nunc loquor quem hic nunc cer nitis morientem: ⁊ non certe ali⁹ loco mei: et isti proprij oculi qui bus vos video conspecturi sunt vnde dilectissimi filij mei videre quomō caute ambuletis nō quasi insipiētes sz vt sapiētes: ⁊ nolite scd̄m carnē ambulare: quia si scd̄m carnē ambuletis moriemini. Sed spiritu ambulātes et facta carnis mortificātes nunc mecū exultate cātate ⁊ psallite: abijcite vestimenta luctus et tristitie: spergite cinerez de capite vr̄o iubilate christo iesu et psalmū dicite nomini eius date glo riam laudi eius quoniā hucusq̄ transiui per ignem et aquam: et ecce nunc inducit me in refrigeriū. Introibo i domū dn̄i vt red dam vota mea de die in diem.

O quantū lucrū est michi morti quoniā viuere mecum deinceps christus erit. Et certe terrestris domus habitatiōis dissoluitur: vt alia succedat nō manu facta habitatio sed eterna in celis. Ecce quod mortale est vestimentū exuor vt eternū induar. hucusq̄ peregrinatus suz iam redeo ad patriam ecce brauiuz capio pro quo in agone cucurri. Ecce portum attinguo quē tanto desideraui desiderio. Ecce de tenebris ad lucem/de periculis ad securi tatem/de inopia ad diuitias in finitas/de prelio ad victoriam/de tristitia ad gaudiū/de seruitute ad dominiū/de temporali ad perpetuuz/de fetore ad odo rem suauissimū vehor. hic cecus sum ⁊ illuminor vndiq̄ vulneratus ⁊ sanor hic semp contristat⁹ sum ⁊ ecce iā letificor. vere h viuens morior ⁊ iā vere viuificor.

¶ De miseria huius mundi. Cap.25.

O Uita mūdi nō vita sz mors vita fallax et onusta tristicijs ibecilis vmbratica. vita mē dax: nūc flores ⁊ statim arescis: vita priuās vita mers: vita fragilis: vita momētanea ⁊ caduca q̄ q̄to magis crescis tāto mag⁊ decrescis: cū plus ꝓcedis pl⁹ ad mortē ꝓpinquas. O vita plena laqueis quot in mūdo hoies illaqueas: q̄t p te iā sustinent tormēta infernalia. Quā btūs qui tuas cognoscit fallacias. q̄ beatus q̄ de tuis nō curat vanis blādicijs: q̄ beatissimus q̄ te bn̄ priuatus est: melior est negociatio eius auro ⁊ argēto: primi ⁊ purissimi fruct⁹ ei⁹. O mors dulcis ⁊ iocūda. nō certe mors q̄ vitam verā largiris: q̄ fugas febres et vulnera: famē extinguis ⁊ sitim O mors iustissima pia bonis et aspera malis hūilias supbū diuitē ⁊ potentē ⁊ exaltas humilē cum auarū proijcis: per te pauperes satiant. tu malis das supplicium et iustis eternū premiū. veni soror mea: spōsa mea: amica mea: dilecta mea. Indica michi quē diligit aīa mea: ostende michi vbi pascat domin⁹ meus/ vbi cubet xp̄s meus: nec dimittas me amplius vagari p inuiū huius incolat⁹ mei. Exurge gloria mea: porrige michi manuz: trahe me post te. Paratū est em̄ cor meū ⁊ exurgā et post te curram in odorem vnguētoꝝ tuoꝝ donec introduxeris me in cellaria dn̄i mei vt exultē et gaudeā cū apparebo ante faciem suā: et tunc cātabo ⁊ psalmū dicā dn̄o. Ecce tu pulchra es amica mea: iam amplius noli morari. Ecce om̄es dies mei defecerūt ⁊ anni mei ptrāsierūt velut vmbra: cōuerte aliquātulū sup me: q2 te inuenire exultaui ⁊ in te delectat⁹ sum om̄ibus dieb⁹ vite mee. Suscipe me. nā cum suscepisti dn̄m meum saluasti me et viuificasti me. Jam respice in me ⁊ saluum me fac: ⁊ libera me de aq̄s multis ⁊ de manu filiorum alienoꝝ. Jam noli tardare. Erue de carcere animā meā: ⁊ reduc eam p gratiā quam operata fuisti suscipiendo dn̄m meū vnde exulaui per culpam quā perpetrauit meus genitor adam. veniā per te in ortum dilecti mei: vt comedam fructum pomoꝝ suorum. Defecerūt sicut fum⁹ dies mei: ⁊ caro mea iam sicut fenū aruit. Ecce iam venit tempus miserēdi mei: noli tardare: accelera vt eruas me q2 amore lāgueo. Per te beata mors recepim⁹ fructuz bonorū que fecim⁹: cognoscim⁹ premia que speramus. Anteq̄ venias: deum ex parte cognoscimus. Cum veneris perfecte videbimus euz sicuti est. nigra es ⁊ formosa: pulchra es ⁊ decora: fauus distillans labia tua terribilis es et quis resistet tibi: ter-

ribilis apud reges terre auferens spm principum notam facis humilibus virtutem tuam: tu confringis cornua pctorum et exaltas cornua iustorum. Illuxerunt coruscatoes tue orbi terre: vidit et commota est terra. Aperi michi dulcis soror et amica mea ianuas vite: quas aperire michi promisisti cum fuisti cum dno meo: vt iam sit in pace locus meus et habitatio mea in syon. Expolia me hac mortali tunica mea quam fero vt induam me vestimento letitie. Anima mea liquefacta est vt inuenire possim dilectum meum: quem in mundo quesiui et non inueni. Inuenerunt me in hac solitudine custodes qui circuierunt ciuitatem. percusserunt me et vulnerauerunt me: tulerunt pallium meum custodes murorum Percussus sum et humiliatus sum a voce malorum et dolorum: tota die exprobrabant michi inimici mei loquentes aduersum me lingua dolosa: et sermonibus odii circundantes me et expugnantes me gratis. posuerunt aduersum me mala pro bonis et odium pro dilectione mea. Ergo iam bona mors propera/confringe cornu/ arcum/ scutum/gladium/et bellum. Si moraris iam defecit paulisper spiritus meus propter multitudinem dolorum meorum. iam consolationes tue letificent aiam meam. hodie vocem meam audiens noli obdurare cor tuum. Quando veniam et apparebo ante faciem dei vt inhabitem in domo sua in longitudine dierum? fuerunt michi in miseria huius vite lachryme mee panes die ac nocte. labores/ contumelie/afflictiones/erumne/fames/sitis/ieiunia/vigilie/ tentationes/ et pestilentie. Audi gemitus vinculati: solue colligationes meas accipe filium hunc famelicum in regione aliena: et redde eum patri suo. Suscipe vlceribus plenum. et colloca eum in sinu abrahe patriarche. fac me intrare in vineam dni mei sabaoth vt non stem ociosus. Suscipe me de via iniquitatis et deduc me in via eterna. educ me de vmbra mortis. Dirumpe vincula/solue compeditum/illumina cecum/erige elisum/ custodi aduenam et pupillum sedenti in tenebris et habitanti in regione vmbre mortis ostende lumen tuum: illumina nunc me vt nunquam amplius obdormiam in morte.

¶ Vox circumstantium. Ca.26.

HEc et his similia prosequente sanctissimo viro. oim circumstantium creuit meror et tristitia. nec quis nostrum poterat se a lachrymis continere: sed oim vna vox erat plangentium. Quid sine te faciemus pater? Quo pergemus vineam istam ex egipto transtulisti et plantasti eam: vt quid auertis faciem tuam ab ea. in lumine vultus tui ambulabamus: gloria virtutis

nostre tu eras. heu quid sine te amplius faciemꝰ? tu pater ꝛ doctoꝛ/tu refugiũ/tu exẽplar innocẽtie: vtinã nobis tecũ moꝛi liceat. iã ad nichilũ redacti erimus sine pastoꝛe: ad nichilũ deuenie mus velut aqua decurrẽs. non erit qui cõsoletur nos. fient filij tui oꝛphani et famẽ patiẽtur vt canes circuẽtes vndiqꝫ nõ te inuenient. heu q̃ꝫtus sup̱ nos cecidit ignis: nõ te deinceps videbimus solem. Congregatio q̃d faciet fideliuꝫ sine te? tu dispersio eras hereticoꝝ: tu infectoꝛ eorũ gladio oris tui: tu eoꝝ malleꝰ et securis cõterẽs eoꝝ dẽtes in oꝛe ipsoꝝ: molas leonũ confringẽs ꝛ deducens eos in puteũ interitus. gaudebũt nũc ꝛ exultabũt ꝛ humiliabunt populũ tuũ: hereditatẽ tuã vexabũt. Captabunt in animã iusti: et sanguinẽ innocentẽ cõdẽnabunt incẽdent igni sanctuariũ dei: ꝛ veritatẽ fidei lacerabunt.

¶ Ad hec hieronymus. Capitulum. 27.

Tunc ille motus his verbis aliq̃ꝫtulũ lachꝛimatꝰ est vt totus semp̱ in dñō miseꝛ̃ie visceribus affluebat: conuersusqꝫ ad eos: hac tantũ flentibus voce respõdit. Eya boni milites chꝛisti confidatis in dñō et in potentia virtutis eius: nolite timere consequemini a dñō misericoꝛdiã si sperabitis in eũ. Est eñi ipse piꝰ ꝛ misericoꝛs: et nullũ deserit sperantiũ in se. Quis cõfisus est in dñō ꝛ derelictus est? Si aũt nũc vos derelinquo: dñs nonne vos recipiet? ipse enim vobis legem cõstituet in via sua/diriget vos in semitã rectam/et non tradẽt vos in animas persequẽtiũ vos viriliter agite ꝛ confoꝛtetur coꝛ vestrum sustinete dñm. Est eñi deus in celo pius et misericoꝛs qui suos mille mõis scit iuuare famulos: nõ turbetur coꝛ vestrũ neqꝫ foꝛmidet. Sperate ĩ domino et effundite coꝛam illo coꝛda vestra: quia ipse erit adiutoꝛ vester. Si eñi abiero nunc iterum me videbitis ꝛ gaudebimꝰ insimul: qꝛ nõ multũ post hos dies quo ego vado ꝛ vos poteritis venire: ꝛ vbi ego ero ꝛ vos eritis in gaudio qđ nemo tollet a vobis. mementote filij charissimi quomodo post moꝛtẽ moysi deꝰ elegit iosue in ducẽ ꝛ ꝓtectoꝛẽ populo suo. ꝛ eleuato helya p̱ turbinem in curru igneo in celũ: fecit Elizeũ in populo esse ꝓphetam in quo requieuit duplex spiritus helye. nũquid exinanita ẽ manus dñi? An oblitus est deꝰ misereri: aut cõtinebit in ira misericoꝛdiã suam? Dñs erit pars hereditatis vr̃e et calicis vestri et ipse restituet vobis hereditatẽ vestrã. Suscitabit nãqꝫ ex vo

bis aliũ pastorẽ:cui dabit verbũ euãgelisandi et ille ingredietur sine macula ⁊ operabit̃ iustitiã Et rogo deũ meũ q̃ eduxit ⁊ reduxit scd̃m volũtatẽ suã: vt si q̃s in me fuerit sp̃us ad obediendũ p̃cept⁊ suis: ꝙ in illo quẽ mittet vobis paracleto et pastore fiat duplex. En eusebiũ meũ filiuz ꝙ̃ dilectissimũ. habetis eũ vobiscũ et ipsum tanꝙ̃ me audietis. ipse eñ erit vobis ĩ patrẽ: ⁊ vos tãꝙ̃ filij obediẽtes ei in charitate cũ oĩ hũilitate et mãsuetudine ⁊ cũ oĩ patiẽtia: si q̃d vobis fuerit necessitatis referetis ad ipsũz. Obsecro vos vt solliciti sitis seruare vnitatẽ sp̃us in vĩculo pacis. vnũ corpus ⁊ vn⁹ sp̃us sit⁊ sicut et vocati estis in vna spe vocationis vestre. vnus est de⁹ ⁊ pater omniũ iesus christus cui soli in vna simul viuẽtes fraternitate placere cupitis. Jdo ei⁹ estote imitatores sicut filij charissimi ⁊ ambulate in dilectiõe sicut et ipse dilexit vos: ⁊ tradidit semetipsum pro vobis vt vos redimeret ⁊ faceret vos sibi acceptabiles sectatores bonoꝝ operum. vnicuiqꝫ vestrũ det ip̃e gratiã scd̃m mensurã donatõis sue. Det vobis de rore sp̃us sc̃ti abs̃ide vt habeatis cor ad colenduz eũ. Adaperiat cor vestrũ in lege sua et in p̃ceptis suis vt cognoscatis eũ faciatis eius voluntatem nec vos vnꝙ̃ deserat.

¶ Hortatur Eusebium ad virtutes prelato necessarias. Capitulum. 28.

TU aũt fili mi Eusebi cõsurge cõsurge induere fortitudinez semp subdit⁹ esto dño nec emuleris eũ vt nequiter facias. Salus tua de⁹ in sempiternum erit: ⁊ iustitia tua nõ deficiet. humilior sis in oĩbus: leua in celuz oc'los tuos: lex dei semper sit in corde tuo: noli tiere opprobria hoĩm ⁊ blasphemias eorũ ne timeas: sed sperabis in dño assumens fortitudinẽ: ⁊ venient tibi pẽne sicut aquile ⁊ volabis ⁊ nõ deficies. vniuersa legis dñi secure loq̃ris oĩbus. ne timeas a facie hoiꝫ: q̃ cũ illis semp est dñs cũ quib⁹ est. ꝟitas descenditqꝫ in foueã cũ illis ⁊ in vinculis nõ derelinq̃t eos: s⁊ a seductoribus tutat̃ eos ⁊ est illis adiutor et ꝓtector in tp̃e tribulatõis. Certe nõ facile timet mortẽ hãc immo vt plus dicã odit vitã hanc q̃ se bene agere cernit. Ecce cõstituo te sup societatẽ istam: vt euellas ⁊ destruas/ ⁊ dissipes/ ⁊ disp̃das/ reedifices/ ⁊ plantes. Oportꝫ te esse irreprehensibilem: male põt alios corrigere cui potest quem corrigit dicere/ ⁊ tu similiter facis. tibi ammodo erit maior labor sed maius premium. esto sobrius prudens ⁊ pudicus hospitalis ⁊ doctor. nemini violẽtiam

facito:sed ⁊ oēs equaliter dilige et tāto plꝰ q̄to melior est.nō sis persecutor sꝫ modestꝰ:nō litigio sus nec cupidꝰ: tu ei p̄dica oportune verbū dei.oīs scriptura diuinitꝰ inspirata:vtilis est ad docendū. Acquire v̄ba orationibꝰ q̄ p̄dices.valꝫ eīn hmōi predicatio et doctrina ad illuminādum et arguendū/ad corrigenduꝫ et ad erudiendū in iustitia:vt perfectus sit audiēs et in ope bono instructꝰ.Est eīn xp̄s iesus in celo sedens ad dexterā v̄tutis dei. reuelans mysteria ⁊ docens hominē scientiā.In oībus fili dilectissime teipsuꝫ prebe exēplum bonoꝝ operū in oi sctitate et bonitate. nā capite patiēte totum debilitatur corpus. vt ergo breuiter te doceā:facies omnia bona si timueris deum.

¶Recōmendat se orationibus aliquorum. Cap.29.

Patri meo reuerendissimo damasio portuensi episcopo scribēs facies mei memoriā vt habeat me in oratiōibꝰ suis: nec corrūpi:dimittat opa q̄ tanto labore contexui ab hominibꝰ iniquis ⁊ dolosis:a quibꝰ expugnatus sum a iuuentute mea. Ecclesiā prudēter custodiat:sciens qm̄ mali erigēt se illaqueātes aīas simpliciū quos conatꝰ sum educere in viā rectā. in ore suo loquētes et gladiū habētes in labijs suis.quoniā obmutui ⁊ silui a bonis ⁊ ꝓiectus sum i mo numēto dormiēs. Spero eīn in dn̄o qr benignus est:et nō derelinquet fideles suos.gaudiū eīn habeo magnū ⁊ cōsolationē presumēs de misericordia dn̄i qꝛ virum mirabilē ⁊ multe scientie ⁊ bonitatis augustinū iponensem episcopū omni perfectione et veritate redimitū post me reliquo propter quem multā fiduciā habeo in christo iesu sustentādi fidem vestram.Cui de me scribēs hoc ipsum rogato vt tanq̄ fidelis pugnet miles:ne veniant(qđ absit)mala genti nostre.theodosio senatori ⁊ oīnibus in christo fratribus me recommendes.

¶Osculum pacis dat fratribus. Capitulū.30.

Finitis his verbis vir sanctissimus voce iocunda cōuersus ad fratres inquit. Accedite huc vt tāgā vos filij mei anteq̄ a vobis recedā. Ad quē appropinquantibus illis singulos brachijs vtpote melius poterat amplectens.cuilibet pacis osculum tribuit.Deinde vocem mediocriter eleuans vultu placido ⁊ iocūdo extēsis in celū manibꝰ conuersusq̄ ad dn̄m oculis gaudij inundātibꝰ lachrymis dixit.

¶Oratio quam fecit ad iesum. Capitulum.31.

Pie iesu virtꝰ mea/ refugiū meū/ susceptor meꝰ ⁊ liber

ratoꝛ me⁹/laus mea in quē spe=
raui cui credidi ⁊ quē dilexi. sū=
ma dulcedo/turris fortitudinis
⁊ spes mea a iuuentute mea vo
ca me dux vite mee ⁊ ego respō
debo tibi:operi manuū tuarum
quod tu creatoꝛ olim de limo ter
re formasti: quod ossibus ⁊ ner=
uis cōpegisti.cui vitam ⁊ aiam
moriens tribuisti:tue clementie
porrige dexteram. Jube dn̄e ne
moreris. qꝛ temp⁹ est vt puluis
in puluerē reuertat:⁊ spirit⁹ re=
deat ad te saluatorē qui huc mi
sisti illum. Aperi illi ianuas vi=
te.nam cum pro me in ligno cru
cis tanꝙ latro pepēdisti. tu pro
misisti michi ꝙ eū reciperes. ve
ni dilecte mi:teneam te ⁊ ne di=
mittas me separi a te. introduc
me in domū tuam: tu susceptoꝛ
me⁹ es ⁊ gloria mea ⁊ exl'tabis
caput meū.salus mea ⁊ bn̄dictō
mea. suscipe me misericoꝛs de⁹
scd̄m multitudinē miserationuꝫ
tuarū:latronē ad te currentē in
cruce moriēs suscepisti:possideā
te beatitudo sempiterna.Cecuꝫ
secus viā clamantē/Jesu fili da
uid miserere mei: lumine tue vi
sionis eterne illumia o lux inui=
sibilis qua carens Thobias cla
mabat:quale michi gaudiū erit
q̄ in tenebris sedeo:⁊ lumen celi
non video. o lux sine qua nō est
vitas:nō est discretio:non est sa
pientia neqꝫ bonitas:illumia ocu
los meos ne vnꝙ obdormiaꝫ in
morte neqn̄ dicat inimicus me⁹
preualui aduersus eū.tedet ani
mam meam vite mee:loquar in
amaritudine aie mee. Egrotus
sum/ infirmata est in pauptate
vita mea/ossa mea sicut in frixo
rio ꝯfrixa sunt:⁊ ideo ad te dn̄m
curro medicū. sana me dn̄e ⁊ sa
naboꝛ:saluū me fac et salu⁹ eroꝛ
⁊ qm̄ in te cōfido nō erubescam.
Ah q̄s ego suꝫ piissime de⁹ vt tā
audacter loquar ad te: Pecca=
toꝛ suꝫ ⁊ in pctis tot⁹ nat⁹ geni
tus ⁊ educatus. Cadauer putri
dum:vas fetidū:esca vermium.
heu michi dn̄e pce michi:q̄ victo
ria si pugnādo mecū viceris me
q̄ sum min⁹ ꝙ̄ stipula ante faciē
venti. Dimitte oīa pctā mea et
erige de stercoꝛe pauperē certe
dn̄e si placꝫ dicam nō debes me
recurrēte ad te fugare: qꝛ tu es
deus meus ⁊ caro tua de carne
mea ⁊ ossa tua de ossib⁹ meis. ꝓ
pter hoc nāqꝫ nō derelinquēs pa
tris dexterā adhesisti hūanita=
ti mee:fact⁹ hō ⁊ deus qd̄ prius
eras pmanens in vna eademqꝫ ꝑ=
sona:⁊ hoc quare tā arduū et tā
inopinabile ppetrasti:nisi vt cō
fidēter ad te recurrerē tanꝙ ad
fratrē ⁊ vt tuā michi mi̅icoꝛdi=
ter condonares diuinitatē:q̄pro
pter exurge adiuua me domine
exurge ⁊ ne repellas me in finē.
Sicut ceru⁹ desiderat ad fontes
aquarū.ita sitiēs aia mea petit
te fontē viuū vt hauriat aq̄s in

gaudio de fontib⁹ saluatoris ne sitiat ampli⁹. qñ veniet et appa rebit añ faciẽ tuã. dñe mi qñ respiciẽs restitues aiaȝ meã a malefactis eoꝝ: ꝛ a leonib⁹ vnicam meã. vtinã appẽderent peccata mea quib⁹ iram merui ꝛ calamitas quaȝ patior in statera quasi arena maris hec grauior appa ret. vñ ꝛ si ampli⁹ expectes/tribulationẽ inueniã et dolorẽ. veni gaudiũ spũs mei vt delecter in te. reuela michi miam tuam: leticia cordis mei iueniã desideriũ meũ. Sicut seruus pstolat finem opis sui: sic ꝛ ego expecto te. Intret postulatio mea in cõspectu tuo dñe: vt fiat man⁹ tua vt saluum me faciat. Ecce virũ descẽdentẽ ab hierl'm in hierico q captus a latronib⁹ vulnerat⁹ sum semiuiu⁹ relict⁹ suȝ. tu pie samaritane recipe me peccaui in vita mea: ꝛ malũ corã te feci/nõ te cognoui. Ingrat⁹ fui tot bñficiorũ tuoꝝ: non vt decebat te laudaui multotiens forte veritatẽ tacui in corde meo. Cuȝ pulsabas ad ostiũ cordis mei: piger fui vt te reciperẽ reuerenter. corp⁹ putridũ velut vmbra declinaturũ nimio dilexi affectu: verbis vanis os meũ inqnaui: mẽs mea nõ fuit semp in testamento legis tue: nõ auerti ocl'os meos vt nõ aliqñ viderẽt vanitatẽ: aures meas aliqñ vbis inutilib⁹ inqnaui: man⁹ meas ad pximi necessitatem multotiẽs nõ extẽdi: pedib⁹ ad iniqtatẽ cucurri. qd plura dicã a plãta pedis vsq ad vticem capit nõ est in me sanitas. certe nisi i ligno crucis morẽs me ad iuuisses digna erat i inferno habitare aia mea. Ego pie iesu sũ pars tãti pcij. Ego suȝ ouis q errauit: reqre eã bone pastor ꝛ appone eã i ouili tuo vt iustificer i smonib⁹ tuis. nã pmisisti mihi q in qcũq hora pctõr ingemuerit salu⁹ erit. Dolẽs fact⁹ sũ iniqtates meas cognosco: et delicta mea corã me sũt vere ñ sũ dign⁹ vocari fili⁹ tu⁹: qr peccaui i celũ ꝛ coram te. Auditui meo dabis gaudiũ et letitiã: auerte faciem tuã a pctis meis: dele iniqtates meas sm magnã miam tuaȝ ne pijcias me a facie tua: nõ scdm pctã mea facias michi: neq sm iniqtates meas retribuas mihi sed adiuua me de⁹ salutar me⁹ et pter honorẽ nois tui libera me: benigne fac i bona volũtate tua vt inhabitẽ in domo tua oibus diebus vite mee: vt in scl'm seculi cũ oibus habitãtib⁹ in ea laudem te. Surge ppera spõse dl'cissime aie mee ꝛ noli ↄsiderare q fusca et nigra ẽ pctis ondẽ illi faciẽ tuã: ꝛ sonet vox tua i aurib⁹ suis vox tua dulcis ꝛ facies tua decora: ne auertas eã a me ꝛ ne declines in hac hora a suo tuo: ne tradas me i aias psequẽtium me. Expecto te dñe. Credo

videre bona dñi i terra viuẽtiũ. veni ꝗ dilecte mi: egrediamur i agrũ ⁊ videamꝰ si floruit vinea. Cõuerte planctũ meũ in gaudium. Inclina ad me aurem tuã/ accelera vt de hac lachrimaruȝ ⁊ miseriarum valle eripias me.

¶ Precepit corpus suũ i terris nudum sepeliri. Cpm.32.

HEc vbi vir sanctissimus cõtinuatis lachrymis ⁊ manibus in celum erectis dixit: parumper siluit.deinde fratres intuens dixit: Precipio vobis o filij mei dilectissimi per virtutẽ ⁊ nomen christi vt corpus meũ cũ dissolutum fuerit in terra prope ꝑsepe dñi mei nuduȝ sepeliatis vt illud ferat secũ rediens qđ veniens apportauit. nudus inde egressus sum/ nudꝰ reuertar illuc.Societur terra terre. nõ decet terram sociari lapidibus.appetit eni naturaliter suuȝ simile quodlibet Iterum rogo vos dñi mei vt afferatis corpus xp̄i quatinus in suo lumine videam lumen/vt firmans super me oculos meos det michi intellectũ et instruat me i hac via q̃ gradior.

¶ Petit corpus christi sibi dari. Capitulum.33.

TUnc quidã fratrum ad locum accedẽs :sacratissimũ corpꝰ iesu xp̄i obtulit. quod vbi vir dei videre potuit/nobis sibi auxiliantibus ꝓstrauit se in terram protinus voce et lachrimis ꝗtum poterat clamãs. Dñe qs ego sum vt sim dignus vt intres sub tectũ meũ:meruit hoc peccator homo.Certe dñe non sum dignus/nũquid ego melior sum ꝗ omnes patres mei:tu moysi noluisti vno ictu ocli te mõstrare.Cur nunc te tantũ humilias vt patiaris ad hoiem descẽdere publicanum ⁊ peccatorem:⁊ non solum cum illo manducare vis.sed ⁊ teipsum ab illo mãducari iubes. Cũqȝ prope illũ esset sacerdos erigẽs se vir gloriosus flexis genibus eũ cunctis tenentibꝰ:magnis lachrymis ⁊ suspirijs et ꝗ pluries ꝑcutiens pectꝰ suum dixit.tu es dñs deus meꝰ qui pro me passus es ante forte alius:certe tu es ille q̇ cũ deus solus esses ante omĩa tp̄a ⁊ sine ꝑcipio genitꝰ a deo patre eterna ⁊ inuestigabili gñatione.qui cũ ipso patre deo et spiritu sãcto viuis et idẽ deus es.permanẽs illud idem quod eras ⁊ es intra vnius puelle corpusculũ te clausisti:factus hõ sicut sum.vere et deus ⁊ homo es.Si eni in virginali vtero hominẽ suscepisti: ꝙ nec sine homine deus es.nec sine deo homo.Quãuis nec diuinitas sit humanitas nec humanitas sit diuinitas. non sunt cõfuse nature:ꝗuis sit vna ⁊ eadẽ

in te psona:nōne es caro et frat me⁹:r/de sic.famē habuisti/sitisti fleuisti/ꝛ meas infirmitates ha buisti vt ego:sꝫ tn̄ in te peccādi infirmitas ꝛ defect⁹ nō fuit vt i me.non eni peccare potuisti vt ego.In te corporaliter fuit et ē ois plenitudo grē non enim tibi data fuit grā ad mensurā.tua et aīa statim cū vnita erat isepara biliter diuinitati:oīa pfecte sci= uit et potuit q̄ ipsa scit et potest diuinitas q̄ntum ad naturā diui nā q̄ i te est eterno prī tuo equa lis es:sed ob illā quaꝫ ꝓ nr̄a as= sumpsisti redēptione humanita tē minor es:nec tn̄ eo aliquod in curris vituperiū.tu nēpe ille es quē i iordanis alueo baptisante Johāne subito paterna vox celi tus intonuit.hic inquiens est fi lius me⁹dilect⁹in quo michi be= ne cōplacui ipm̄ audite.Et spiri tussanctus in te vt columba de= scendens te vnū esse cū patre et eūdem in substantia declarauit tu nempe bone iesu ꝓ me in cru cis tā grande in tuo isto (qd̄ pre sens cerno)corpore subiisti sup= pliciū patibulo:vt mortē quam meis incurrerā flagitijs interi= mens.aīam antiquoꝝ(quas du dū dyabolica potestas miseras infernalib⁹mansionib⁹retinebat) recuperares:ꝛ totā humanā na turā que corruerat i mortez per petuā:tuo eū ipso pacificato pa tre ad vitā interminabilem tuo quā ꝓ ipsa effudisti pcioso san= guine reuocares cui⁹quidē vite die resurgēs tertia de illo i quo mortu⁹iacuisti baratro/certitu dinē firmissimā ꝯprobasti.Quo quidē nr̄a solidata fides estꝛ au cta ipse vt sicut incorruptibilis/ ipassibilis ꝛ imortalis resurrexi sti:ita similr̄ et nos resurgem⁹. tu certe bone ꝛ pie dn̄e post tuā mirabilē ꝛ singularē resurrectio nē quadraginta expletis dieb⁹ q̄bus expientia lucida iudicioꝝ multiplicitū te ab inferis viuū re surrexisse declarasti.ꝛvt nl̄la du bitatiōis oriret caligo:ad celos cūctis cernentib⁹discipulis tua ꝓpria virtute ascēdisti.michiq̄ ianuas reseras paradisi ad dei patris olpotentis dexterā cōse= disti vbi sine fine sedes.tu insup bone iesu a deo ꝯstitutus iudex viuoꝝ ꝛ mortuorum sicut in illo ascēdisti die:ita in tremendo et horribili vniuersalis iudicij die descēdes reddere singulis scd̄m opera que fecerūt.Corā te nunc certe ꝓcident reges/oīs ꝓstra= ta erit dn̄atio/te nunc omnes ti mebunt qui te nunc contemnūt. Quid nūc tibi infelices homies qui nunc cū malefecerint gloriā tur dicent:Quid tunc dicēt qui te omnia scientē cernent:quib⁹ nullum amplius erit remedium misericordie.Quid in conspectu tuo potētis omnia:cernētis oīa et solum quod iustum est iudicā

tis faciēt miseri: qui totum suū in vanitatib9 mundi et flagitijs amiserūt tempus: plus diuitijs fallacib9 q̄ tibi insistentes/plus filios et filias ⁊ mundi gloriam momētaneā q̄ te diligentes: cū tuum erga nos iratū cernēt vultum / cū tam seuerā expectabūt sententiā/cū eos quoq; de minima cogitatione ⁊ ꝓpria accusabit consciētia/ demonū caterua ⁊ simul quelibȝ creatura quā te deum offendēdo offenderūt. Cū videbunt statim cū fuerit sentētia diuulgata se adepturos tormenta quib9 ⁊ corp9 et anima simul cruciabitur cū dyabolis sine fine: nullum inde refrigeriuȝ imperpetuum expectātes. veve miseris qui in isto tam breui tēpore vilissimis bonis tēporalib9 ebrij: q̄ non solū inopiā nō auferūt suis possessorib9. sȝ et ipsam faciūt: suā indigentiā negligentes in beluas rediguntur. ve ve qui saltē hoc timore tāto peccare/⁊ tuā ꝓuocare racundiā non desinūt: et si tuo nolūt frui amore vt tenentur. Sed quō pie iesu cuius tāta est potestas vt nulla queat explicare creatura: quem celi mare et oia q̄ ei9 ambitu cōtinētur capere nō possunt. Qui idem totus vbiq; locoꝝ presens es: nec intus inclusus nec extra exclusus. idem in celo ad patris dexteram oim supernoꝝ cuiuȝ beatitudo ⁊ glīa: qui tue celsitudinis specie contēplantur. Ideȝ in terra pugillo ipsam cōtinens ⁊ cōcludēs: idē in mari ⁊ in abyssis ad nutū regens oia et cōseruans: idē in inferno potēter dominans: sub tanta breuitate panis cōtineris nō particulariter: sed integre ⁊ ꝑfecte ac inseparabiliter. O ineffabilis admiratio o oim nouitatū nouitas: oculi in te vidēt albedinē/saporē sentit gustus/odorē olfactus/tactusq; subtilitatem reperit: sed audit9 cordi representat illa nō fore accidētia in te. hic certe ⁊ per se sola existunt accidentia sine subiecto: quia non (vt humanis videt sensibus) panis es: sȝ iesus christus integer sicut in celo ad dexteram patris residēs deus ⁊ homo. Aue panis vite qui de celo descendisti/dans te sumētibus digne vitam. non sicut māna qd̄ i deserto nostris patribus pluit de quo omnes qui manducauerunt mortui sunt. certe qui te digne sumit quamquā morte corporali anima a corpore separat non morietur in eternum. quia non illa separatio mors est. sed de morte ad vitam trāsitus. vnde qui te digne manducat in mundo. moriens tecum eterne viuere incipit O quam preciosa est mors illa. antequā homines sunt mortui ⁊ postquam viuere incipiunt. tu panis angelorum. tu visione angelos reficis ⁊ glo

rificas. tu esca es aīe nō corpor; impugnās mentē non ventrem. qui in te non impinguatᵗ virtuti bus: nimis eger iacet ī flagiciis tu te mādūcantē vt ꝯducit in te transmutas: vt tui ꝑticipatione efficiatur deᵘˢ. nec tñ in illū trāſmutaris velut alia corpora facit esca. Sȝ ve te indigne sumētibus: certe ad sui penā et reatū te iterum crucifigūt: nō ꝙ te diiudicet illa manducatio qm̄ impassibilis et imortalis oīno es.

¶ De malis sacerdotibᵘˢ qui indigne celebrant. Cpm̄.34.

ille nō haberet. immo potius de sua (si fas esset) impartiret. vnde gl'ia singulorum est gl'ia cunctorū & gloria cūctorum est gloria singulorū. his dictis societas illa discessit. Expergefact⁹ itaqȝ a somno tantos i me subito sensi charitatis ardores quantos in me nunqȝ senserā nā deiceps hactenus nunqȝ aliqualis i me/ vel inuidie/ vel supbie/ siue arrogantie fuit appetitus vel cogitatio. testis enim deus omps (qui omnia anteqȝ fiant nouit) ꝙ deinde tantus in me extitit charitatis feruor ꝙplus alieno gaudeo bono qȝ meo: plus affecto omnibus subesse qȝ supra esse: hec idcirco dixerim non vt laudis acquiram famam. sed vt hec quis non putet vana fuisse somnia quibus sepe decipitur et deluditur mens nostra. Sepe etenim de⁹ abscondita et maximā per somnia reserat. magnificemus ergo dn̄m in sancto suo/ magnificem⁹ opera sua qm̄ perfecta sunt nec est in eis iniqtas. Sanctum dn̄i hieronymū propter deū cū quo regnat secure magnificem⁹. qm̄ in vita sua magnifice fecit: i morte sua magnifica recepit. quia ꝓpter magnus est i medio nostri sanctus et excelsus in vite excellentissime sanctitate. magnus & sanctus et excelsus in sapientie ineffabilis profunditate magn⁹ sanctus et preexcelsus in maioris nunc glorie ꝗtitate: mirabilis et gloriosus et laudabilis in prodigiis inuisis inauditis et insuetis. et metuendus: colendus et venerandus ob sibi traditam a domino potestatē honorem et gloriam sempiternā. magnificemus ergo obsecro eū nec taceamus quoniā maior est omni laude. notas faciamus in populis glorie sue laudes: non miretur homo si eum quem deus magnificauit et exaltauit laudamus: non hominem pigeat venerari et colere quem de⁹ coluit & veneratus est. non putet quispiā. Johanni & apostolis in gloria sanctitate equando hieronymū Johanni & apostolis exercere iniuriam. quoniā ipsum illis prestare & gloria & sanctitate si possent optarēt. gloria eni et beatitudo ei⁹: eorum est gl'ia & beatitudo eorum est sua. honor/ laus et reuerētia a nobis exhibita hieronymo. eorū singulis exhibetur: & que illis sigillatim exhibetur hieronymo exhibetur. Si ergo cupis Johannem baptistā & ap'los venerari: simul venerare illuȝ. qm̄ ipsis ꝑ oia est equalis. Secura igit̄ mēte oi depulsa formidine. Johānis baptiste hieronymū eqlem & nō maiorē (quoniam nullus surrexit maior) omi deuotione et reuerentia fateamur. Qm̄ si minorē facimus Johānis glorie derogam⁹: & magis iniurias

exercem⁹ ꝗ laudes. huiuſmodi mei imperiti ſermonis op⁹ quā quam inſufficienter/quāquā vi liſſime quāquā nichil:tamen de uote et reuerenter expletū ad te venerabilis pater puro corde ⁊ magna animi affectiōe miſi ſup plicās vt ingenioli mei verba ꝗ de mee imperitie paupie in lau des eximij. hieronymi obtuli:ñ deridendo ſed debita charitate equanimiter tolerādo legas ⁊ ꝗ min⁹ debito dixi ad tāti viri lau des ⁊ mee imputes imperitie/⁊ epiſtole breuitati/et eius laudū immenſe immēſitati. Qm̄ certe ſi oim̄ mortaliū lingue ſolū eius laudes promerent: min⁹ debito ſatis eſſet.mei pctōris venerabi lis pr̄ eſto memor vt dñz illo ſte teris loco quo illud ſacrū eximij hieronymi cadauer quieſcit ei⁹ me interuentionibus cōmendes qm̄ nulli eſt dubiū ꝙ ea que op tat idē hieronymus poteſt cōti nuo obtinere.non enī a ſuo ali qualiter defraudatur deſiderio

¶ Incipit epl'a beati Cyril li hieroſolymitani epiſcopi ad beatum Auguſtinū do ctorem eximium de mira culis bti hieronymi docto ris egregij. Cpm.primū.

Venerabili viro epiſcopoꝝ eximio auguſtino hippo nenſi preſuli. Cyrillus hieroſo lymitanus pōtifex et olm ſacer dotū infim⁹. Illi⁹ ſequi veſtigia cuius i terris ſanctitas radiare non ceſſat:illius ſcti hieronymi glorioſi cui⁹memoria erit in bñ dictione in ſcl'm ſcl'i. Qui quāt⁹ ſit et tu ſimilit̄ bene noſti:ei⁹ vſ⁹ maxime colloquijs ⁊ doctrinis. De quo me velle differere cum ſim i toto reprob⁹ ⁊ indign⁹ qua ſi reputo audaciā. Sed tñ quia tua me cogit dilectio:vt tibi ali qua ſcribam de ꝓdigijs holbus inſuetis que per illum in dieb⁹ noſtris fecit dñs vt eum celebrē in mundo faceret et cunctis ho minibus glorioſum.tamen tuis confiſus orationibus opus ag grediar ⁊ breuiloqo conſtringā de multis pauca. Glorioſum hu ius viri obitum viſionemq; meā necnō et mirifica tunc temporis peracta te noſſe nō ambigo. nā vir vtiq; reuerendus et memo randus et obliuioni non dādus Euſebius nobilis cremonenſis eius diſcipulus in quo magiſtri refulſit ſanctitas ⁊ doctrina.cu ius ſapientiam et ꝓbitatē/⁊ ex cellentiā non ignoras.Qui poſt bienniū a noſtre mortalitat; mi ſeria ereptus ſuum predilectiſſi mum hieronymū magiſtruz in celi patria eſt ſecut⁹(vt nobis in dicant eius crebra miracula de quibus etiam inferi⁹ali qualiter ꝯtractabo)reuerendo patri Da maſo epiſcopo/et theodoſio ro

manoꝝ senatori ei⁹ fratri: seuero ꝓbissimo viro / Eustochio sanctissime mulieri / ꝛ tibi ꝛ multis aliis ꝗquos singulatim noiari nõ eget. tunc tpis per suas litteras toti⁹ eius obitus seriem intimauit vnde ampli⁹ ea q̄ nosti reiterare foret supfluum ꝛ dicendoꝝ impedimētum. his ergo obmissis ad eiusdem que nõ cessant cõtinuo clarere miracula noster se stilus vertat vt tua poscit deuotio. Et prio ab Eusebio viro sanctissimo eiusdē hieronymi sctissimi discipulo sumat initium.

¶ De suscitatione triū mortuoꝝ per Eusebiū. Cap.2.

POst obitum gloriosi hieronymi quedā heresis inter grecos id est secta surrexit que ad latinos vsꝙ deuenit que suis nephandis nitebatur ratiōibus probare: ꝙ beatorū anime vsꝙ ad vniuersalis iudicii diem in ꝗ corporib⁹ erūt iterū coniungende visione ꝛ cognitiōe diuina in qua tota consistit beatitudo sanctorum priuabātur: ꝛ dānatorū anime similiter vsꝙ ad diem illum nullis cruciabantur penis: quorū ratio talis erat sicut anima cum corpe meruit vel peccauit ita cū corpe premia recipiet siue penas. Asserebāt etiā secte illius nequissimi nullū fore purgatorii locū: in quo anime que nõdum de suis pctis in mundo plenā egissent penitētiā purgarentur. Qua quidē secta pestifera crebrescente tant⁹ in nos dolor irruit vt nos ampli⁹ pigeret viuere: quo circa meis cūctꝫ suffraganeis episcopis ꝛ aliis virꝫ catholicis ꝯuocatis: eis ieiunia ꝛ orationes indixi: vt suā sic agitari fidem diuina nõ ꝑmitteret bonitas. mira res: ꝛ forte huic similis nunꝙ visa: trib⁹ expletis dieb⁹ ieiunioꝝ ꝛ orationū subsequēti nocte gl'iosus hieronym⁹ suo predilectissimo filio eusebio orationib⁹ incumbēti manifeste apparens: benignaꝗ eū allocutiōe cõfortans ei dixit: in hac secta pestifera minime formidare cū sibi finis iam imponēd⁹ erat. Quem eusebius nimio fulgentē splendore ita vt in eum ocul⁹ human⁹ aspicere nõ valeret intuitus. Quasi de somno graui euigilans: pre gaudio dulces ꝑ oculos fundens lachrymas: ita vt vix vocē formare possꝫ / ꝗtū poterat clamare cepit. Pater me⁹ hieronym⁹ es. Et hec verba plusries reiterās ait. cur me deseris cur meā societatē spernis. Certe teneā te / nec dimittā: nec sine tuo quē dilexisti filio gradieris. Ad quē gloriosus hieronymus nõ te inqt fili dilectissime deserā cõfortare: vicesimo nāꝙ die me sequeris ꝛ simul cū gaudio ꝑmanebim⁹ sine fine. Sꝫ hec cyrillo cunctisꝗ fratrib⁹ nuncia: vt die crastina iuxta ꝓsepe dñi vbi meū

quiescit corpus oēs in vnū con-
ueniāt tam catholici ꝗ̄ etiā illi⁹
viri. Et tu triū hoīm (qui in hac
vrbe sunt hac nocte defuncti) ca
dauera inhumata in locū ꝗ meū
est ihumatū corp⁹ facies depor
tari sup saccū quo vtebar ponēs
statū vite pristine redditi hanc
radicit⁹ heresim extirpabūt. Cui
valedicēs gl'iosus hieronymus
disparuit. mane aūt fctō: ad me
qui bethleem tunc erā venerabi
lis Eusebius veniēs cuncta que
viderat enarrauit: de quo immē
sas creatori grās agēs ⁊ hiero-
nymo gl'ioso: oīb⁹ in p̄dicto loco
in ꝗ ꝓ nobis de itemerata ꝟgie
saluator nat⁹ est: ⁊ vbi ēt sacra-
tissimū hieronymi cadauer ihu
matū est ꝯgregatis: p̄dictorū ca
dauere deferri fecit. O mira er-
ga hoīes dei miseratio ⁊ dispen
satio: quot modis in se sperātes
scit iuuare quātisq̄ ⁊ quot hono
rib⁹ suos exaltat sctōs. fiebat in
terea ab illi⁹ secte cultorib⁹ deri
sio credentib⁹ ꝙ foret exinanita
man⁹ dñi. letet̄ itaq̄ oīm fideliū
cetus ⁊ deo in voce exultatiōis.
psallat quoniā suscepim⁹ miseri
cordiā dñi in medio templi sui.
Accedēs nanq̄ vir venerabilis
Eusebius ad singulorū cadaue-
ra flexis manib⁹ genibusq̄ in ce
lum extensis: cūctis audiētibus
sic orauit. Deus cui nichil ē im-
possibile nichil graue / iuicte for
titudinis ⁊ ꝟtut ꝗ facis mirabi
lia magna sol⁹ / ⁊ nullū in te spe
rantiū spnis nunc p̄ces tuoꝝ ex
audi fideliū et vt tua (quā dedi-
sti) fides itemerata iuiolataq̄ ꝑ
scl'a maneat ac ēt vt horū error
appareat ꝑ merita ⁊ intcessiōes
gl'iosi dilectiq̄ tui hieronymi i-
troduc in hec cadauera aīas q̄s
de ipsis egredi voluisti. Qua q-
dem oroe finita: singula sacco (ꝗ
supra carnē gl'iosus hieronym⁹
vtebat̄) tangēs cadauera ꝓtin⁹
i ea vite spm̄ itroduxit. Qui ho
mines aptis oculis oībusq̄ vite
signis ostēsis sunt ꝑfecte resusci
tati: ⁊ cepert̄ aīarū beatarū glo-
riā ⁊ pctōꝝ penas tam purgato
rij ꝗ̄ inferni clara voce oīb⁹ inti
mare. nā (vt michi postmodū in
terrogāti dixerūt) btūs hierony
mus eos ꝯduxerat secū in para
disum / purgatoriū / ⁊ infernū vt
q̄ ibi agebant̄ patefacerent vni
uersis. Sibiq̄ dixerat ꝙ ad cor-
pora redirēt ⁊ de ꝑpetratis pec
catis ibi agerēt pniaꝫ: qꝛ eo die
⁊ hora qua venerabilis Eusebi⁹
migratur⁹ erat: et ipsi morituri
erāt ac etiā si bñ agerent pniam
cū eo gl'iam adepturi: qđ ⁊ fctm̄
est vt inferi⁹ declarabo. His er-
go pactis multitudo maxia po-
puloꝝ tā fideliū ꝗ̄ etiā illi⁹ secte
defensoꝝ ꝗ ad tam grāde ꝯcur-
rerāt spectaculū tam certū iudi
ciū / et ꝟitatis expimentū: necnō
⁊ bti hieronymi merita egregia
cernētes magnis vocib⁹ laudes

immensas referelt creatori q sui os in se sperãtes non deserit. Et sic Augustine carissime pi⁹ dñs naniculã sue fidei sacratissime i hui⁹ mũdi mari eructantib⁹ maloꝝ hoim fluctib⁹ agitari pmittit sz minime naufragari. Quo quidem forti esto anio/viriliter age nõ formides cõtra fidei psecutores magnanimus dimicare sub vmbra alarũ tam pij patris qui suoꝝ fideliũ preces frustrari nõ sinit dũmodo tota spe ꝛ puro fiãt animo. Nõ eñi nostre nequeunt exaudiri pces: nisi cũ in deo nostra nõ pfecte spes consistit: vel q petim⁹ nõ petẽda. Ad ipsum ergo dñm nõ tm̃ ore sz toto corde clamem⁹ dũ affligimur ꝛ ipse qui dñatur in virtute sua et nos quotidie ocl'o respicit pietatis nõ pmittet nos tentari supra id quod possum⁹. Sed ne nimis deuius a pposito meo gradiar ad incepta redeã: ꝛ venerabilis Eusebij obitũ explens primo: ꝛ viroꝝ illoꝝ triũ sil'r (quos resuscitatos nosti) migrationem scribẽs: q eadẽ sunt hora et die (qua Eusebi⁹) de hui⁹ mũdi valle mi'ie exẽpti aliqua hieronymi miracula de mult' itroducã.

¶ De valde horribili visione demonum. Cap.iij.

Aduenietẽ autẽ die quo venerabilis Eusebius a btõ hieronymo in visione de qua supra fat⁹ sũ se migraturũ scierat die tertia preeunte languore febriũ cõcussus valide se sup terrã magistri nõ imemor nudũ deferri fecit a fratrib⁹ ꝛ singl'os osculans fratres benigna eos ꝯsolatione cõfortauit ꝛ vt in sctõ manerẽt pposito admonuit. Deinde saccũ quo gl'iosus iduebatur hieronym⁹ deferri fecit ꝛ supra se poni iussit. Ordinauitq; se nudũ instar gl'iosi magri in eccl'ia in qua iacebat sctm̃ hieronymi cadauer sepeliri. Post hec cõmunioẽ sacratissimi corpis iesu xpi se muniẽs dño se ꝛ btõ hieronymo cõmendauit. Et p triduũ locutione/corpaliq; visione priuatus circunstãtib⁹ fratrib⁹ alternatim psalteriũ/passiones dñi/ꝛ alia sacra cõtinue legentib⁹ iacuit. Durũ quippe ꝛ cũctis i mũdo degẽtib⁹ formidabile hoc qd narro. Die autẽ quo moriturus erat p duas horas ante exitum btẽ aĩe venerabilis Eusebi⁹ taz terribiles cepit actus pagere q circunstãtes monachi pauore p territi velut amẽtes in terra iacebant. nã qñq; transuersis oculis manibus iunctis/facie terribili/voceq; dira quasi sedẽs clamabat/nõ faciam/non faciam/mentiris/mentiris. Post hec ad terrã rediens faciẽ firmabat in terrã quantũ poterat clamans/Adiuuate me fratres ne pereã. Qd monachi vidẽtes lachrymãtes ꝛ tremẽtes eũ interrogauere.

Quid habes pater? Ad quos il le. non videtis demonū agmina que me debellare cupiūt? Et illi Quid te facturū volebant cū di cebas nō faciam? Et ille. Conā tur nāq; vt diuini nominis blas phem⁹ inueniar: et ideo me hoc non facere clamabam. tunc illi. Quare pater abscōdebas in ter ram faciem tuā? Et ille. ne eorū aspectū cernerem: q̄ tam turpis ꝛ horribilis est: q̄ oēs pene for midines que in mundo sunt re spectu ei⁹ nichil sunt. Inter hec verba act⁹ priores reiterās sic ad extremā horā vsq; deuenit: fratres aūt qui astabāt pauore ꝛ dolore perterriti velut mortui stabant quid facerēt nescientes glorio sus de⁹ in sanctis suis mi rabilis i maiestate sua. benign⁹ et se timentibus misericors: san ctos suos in tempore necessita tis nō derelinquit: ad extremā nanq; horā. Eusebio pueniente gloriosus hieronym⁹ apparuit eum benigne confortās: cui⁹ ad uentu oīs illa demonū turba q̄si infinita ei⁹ timore perterrita ab eo velut fumus euanuit: vt plu res testantur monachi q̄ ꝑpriis oculis dispensatione diuina se hoc vidisse dicunt. Sz hoc mag᷑ approbat. nā oēs circunstantes audierūt has ab eusebio voces. vn̄ venis pr. Quare tm̄ morat⁹ es? Queso tuū filiū nō relinquas Cui subito cūctis audiētib⁹ alia vox respōdit. Expecta fili ne for mides: q᷑ te nō deserā quem tm̄ diligo. Qua finita voce breui in de decursa morula. venerabilis Eusebius expirauit: qua quidē hora ꝛ illi tres q̄ resuscitati sunt migrauerunt. et (vt puto) cū Eu sebio ad eterna gaudia ꝑuenerūt nā per oēs illos viginti dies (q̄ bus vixerunt postq̄ vt nosti re suscitati sunt) se in tanta penitē tia tradiderūt: q̄ sine dubio eter na beatitudine potiuntur.

¶ De tribus mortuis resu scitatis. Cap. 4.

SIlentio pretereundū ne quaq; puto: q̄ ab eisdē tri bus viris ꝑ illos dies q̄b⁹ vixe runt didici. Cōtinue toto hoc tē pore cum aliquo eoꝝ secreta vi te illi⁹ (quā post hāc breuē ꝛ mo mentaneā expectam⁹) rimari cu piens: alternam diem ducebam ad vesperā. Sed quāuis multa ab eisdē dixerint: tm̄ ad presens breuitatis cā q̄dā solū referā: ce tera vero alias ea dictur⁹ omit tā. Quadā vice ad vnū eoꝝ me misse ꝯtigit: quā dure lachrimā tē nec meis ṽbis ꝯsolatiōe aliq̄ admittentē cōperiens: tāti flet⁹ causam ab eodē cepi perq̄rere. Qui pluries de hoc a me iterro gatus nec tm̄ ad interrogata re spōdēs tandē meis coactus im portunitatibus sic respōdit. Si que pridie sum exptus nō igno rares tibi semper inesset fletus

causa. Ad quē ego. Queso vt q̄ vidisti edisseras. tunc ille paulisper tacēs dixit. Quales credis penas ꝛ tormēta nō solū dānatꝫ ſꝫ etiā in purgatorio exn̄tib⁹ p̄parari. Ad quē ego. De incognitis q̄ vera pōt referri ſilar vt ei puto nr̄is qb⁹ affligimur penis equari nō pn̄t. Ad qđ ille. Si omnes q̄ in mūdo cogitari possent pene/tormēta/ꝛ afflictiones minori q̄ illic habet pene ꝛ tormēto cōparētur. oēs q̄ hic vidētur pene ꝛ tormēta delicie ꝛ solacia erūt. malet em̄ q̄libet viuentiū si illas experiētia nosceret penas vsq ad finē mūdi omībus his simul sine remedio cruciari penis quas omēs hoīes ab adam huc usq sigillatim ptulerant: q̄ꝫ vno die i inferno siue purgatorio minori q̄ illic habet pena torqueri Et idō si causam mei iterrogas fletus: timor penarū est que peccatorib⁹ iuste dant. Scio nanq me erga piū deū meū peccasse: ꝛ ip̄m iustū fore non dubito. Qua de re ne mireris si plango cū potius si nō plangerē vehementer admirari deberes. Sꝫ poti⁹ admirare. quare hoīes q̄ mori non dubitāt saltem alioꝝ experimēto: tanta hic securitate viuūt nec tantas cogitāt euadere penas. Ad hec dolore tactus itrinseco ita vt vix verba formare possem dixi: heu quid audio: ſꝫ queso in quo tormēta differūt infernalia ab his que sunt i purgatorio dicas. Et ille. nichil inter se differt qꝛ eedem sunt magnitudine pene purgatorij ꝛ inferni. Sꝫ vnū est quo differre pn̄t: qꝛ infernales finē nō expectāt ſꝫ augmentum: scꝫ i die iudicij vniuersalis qn̄ corpa ibidē cruciabunt cum aīab⁹: ꝛ purgatorij sunt cū fine nā post expletā penitentiā inde exempti gaudijs pfruēter btissimis. Ad hec ego. sunt oīb⁹ i purgatorio exn̄tib⁹ equalia tormenta vel diuersa? Ad hec ille. Diuersa: qꝛ in aliquib⁹ quidē maiora aliq̄bus ꝯo leuiora iuxta magnitudinē pctōꝝ. nam in patria etiā oēs beatoꝝ aīe gl'iose diuinā contēplant speciē in qua sanctorū omīs ꝯsistit gloria q̄ q̄uis singule tāta habeāt gaudia q̄ꝫta velle vel cogitare pn̄t: in gaudijs tn̄ nō sunt pares. qꝛ maiora hec possidet mīora illa scđꝫ opa q̄ fecerūt: ſꝫ si tibi aliqua ex hoc dubitatio assit. vtrū sctis possit inesse diuersitas gaudioꝝ. quorum cā est solū de⁹ in quo nulla potuit vnq̄ꝫ fore diuersitas. solutio satis pꝫ. nā vt diuina cōtemplatio ꝛ cognitio siue intelligentia sit tota merces ꝛ gl'ia: in aliquo pōt esse sanctoruꝫ minor/in aliquo ꝯo maior. Idcirco cū omnes simul aīe deū sicuti est videant et cognoscāt. aliqua tn̄ min⁹ videt ꝛ intelligit ꝛ sic minor sibi inest gl'ia. Aliqua vero clarius

videt ⁊ subtilius intelligit: sic et maiorē possidet gloriā: sic etiaȝ de illoꝝ miseroꝝ damnatoꝝ pe nis dici pōt. nā cū oēs aīe dāna toꝝ in vno ꝯsistant penarū loco: tñ diuersis cruciantur penis: iu xta vicioꝝ qualitates. tantū siq dem differt inter christianorū q ibi torquēter penas ⁊ paganoꝝ vt paganoꝝ cruciamēta respe= ctu eoꝝ que christiani falsi susti nēt pctōres sint quasi nulla: q̄uis oīno ineffabilia sint nec a viuen tibus cogitabilia: vt dignuȝ est. nam illi gratiā dei inuacuū rece perunt nec voluerūt a pctis cor rigi dū vixerūt. continue vocife rantibus scripturis sacris quas pro nichilo paruere: tū ego. hor ribile est inq̄ q̄d dicis: ⁊ vtinam sedulo mortaliū insisteret mēti= bus vt vel tātarū penarū terro= re a prauis cessarent si nollēt a= more glīe. sȝ q̄so q̄d erga te pri= die exeūte aīa pactū fuerit bre= uiter inotesce. Ad q̄d ille. Adue= niente mee mortis hora: tāta in loco quo migratur⁹ iacebaȝ ne= phandoꝝ affuit spirituū multi= tudo ꝙ pre multitudine oīno di numerari nō possent. Quoꝝ spe cies talis erat: ꝙ ea nil penosi⁹ nil ve horribili⁹ excogitari pōt. Poti⁹ eñ q̄lȝ hoīm flāmis ardē tibus arsurū se exponeret: q̄ȝ ea= rum formarū ictu oculi visione potiri. Qui ad me veniētes oīa q̄cunq̄ ꝑpetraui oꝑa cōtra deū/ ad meā memoriam reuocabāt: suadentes michi vt amplius de diuina mīa (quā tā grauiter of= fenderā) nō sperarē. Et certe no ueris ꝙ nisi diuina me miseratō adiuuisset: eis resistere non vale bam. nā dū omī vigore spū destí tut⁹ eoꝝ v̄bis paulomin⁹ assen= tirem glīosus affuit hieronym⁹ magno vallat⁹ agmie anglōꝝ: septies sole splēdidior me cōfor tans q̄ vbi illos spūs nephādos fuit intuit⁹ me tam dure exacer bātes: valde cōmotus erga eos voce terribili eis dixit Quid ad hūc neq̄cie et oīs maledictionis spūs venistis: nesciebatis hunc meis fore fouendū auxiliūs. Pro tin⁹ hūc relinquētes abite: ⁊ ve= stras ab eo elōgate neq̄cias: q̄n= tū distat oriēs ab occasu. his di ctis illa maledictoꝝ spirituū so= cietas ꝑterrita: diris vlulatibus ⁊ clamorib⁹ limē loci ī q̄ iacebā excessit. tūc glīosus hieronym⁹ aliq̄bus imperans angelis ne a me discederēt sȝ quousq̄ reuer= terer̄ expectarēt: cum ceteris an gelis festināter abscessit. Eodeȝ quoq̄ abeūte angeli q̄ ad me cu stodiendū remāserāt: me ꝯforta re ceperūt blāda ⁊ dulcia ꝓmit= tētes: si forti aīo ꝑdurareȝ. In= ter hec aūt cōsolatōnis colloq̄a: hora quasi decursa scdo beatus hieronym⁹ veniēs stansq̄ in lu mine: velociter (inq̄t) venite tunc aīa subito corp⁹ relinquēs tam

grauiter ⁊ acerbe: ꝙ certe quan
te fuerũt pꝛessure ⁊ angustie. in
tellectu nõ caperet mẽs hũana:
nisi(vt ego) experiẽtia didicisset
Si eñ oĩs hũanoꝝ intelligẽtia
quas vellet angustias ⁊ doloꝛes
estimaret respectu aĩe dissolutõ
nis a coꝛpe: tñ illa ꝓ nichilo cõ=
putaret. hec ⁊ alia nõ minus ar
dua ⁊ valde moꝛtalibꝰ foꝛmidã
da(q̃ pꝛo longitudine p̃senti ope
ri nõ inscribã)eo loquẽte incipi=
ebat claudi dies occasu solis: q̊
necesse fuit q̇d ei post moꝛtẽ con
tigerit nõ explere. Sꝫ qꝛ id pꝛe
ceteris affectabã sequẽti die du
obus alijs cũ eo insimul cõuoca
tis ad narrationis illiꝰ seriẽ re=
dij:cupiẽs hoc etiã ab illis duo=
bus alijs peraudire ⁊ triũ testi=
monio solidiꝰ edoceri: ita vt hij
iam dicta reinciperẽt:sic respon
di. Quanq̃ hec vtilia sint nec ce
deret inuacuũ sepiꝰ ipsa fari: tñ
his que iam audiui omissis:q̃so
vt quid vobis post dissolutionẽ
coꝛpis euenerit: meo hianti aĩo
detegatis. ad hoc ille. q̊ michi q̃
audisti transacto die narrauit.
qꝺ Cyrille inq̊t interrogas non
est possibile plane fari: qm̃ spiri
tualia nostris minime sensibus
cõpꝛehendũtur. Scis nanq̃ nõ
te exanimẽ esse:⁊ tamẽ quid aut
qualis sit aĩa nõ agnoscis. Deũ
certe cognoscis oĩm esse pꝛinci=
piũ et finẽ a quo incipiũt omnia
atq̃ tendunt. Et tñ q̇d sit deus
aut qualis: dũ carnis istius gra
uissime coꝛruptibile poꝛtas onꝰ
nõ intelligis:nisi ꝑ speculũ et in
enigmate. Sic etiã de angelis ⁊
de ceteris icoꝛpoꝛeis idẽ liquet
Cũ eñ multa q̃ sunt notissima i
natura:nr̃e parue itelligẽtie de=
fectu intelligere nõ possumꝰ: suꝑ
celestia ⁊ spiritualia oĩno aliena
a nature cognitione quõ intelli=
gemus? Ut dicis inq̃ est:sed vti
potest queso dicas. at ille. circũ=
loquar illud inq̊t qꝺ optas et di
cã paulominꝰ qꝺ nõ possũ. at hi
qui mecum ea q̃ ego pꝛidie dixi
sunt expti:si ita ẽ testificabunt.
mea pꝛidie aĩa a coꝛpe tot(vt su
pꝛa fatus sum)pꝛessuris ⁊ dolo=
ribus dissoluta. subito ictu oculi
ineffabiliter fuit ante dei iudicã
tis pꝛesentiã depoꝛtata:sꝫ a qui
bus ⁊ quõ non agnosco nec cer=
te mirũ. nã nũc carnis mole ag=
grauoꝛ. tũc aũt erat aĩa sine car
ne. fuerunt etiã ibidẽ istoꝛũ aĩe
terroꝛibus icogitabilibus quid
iudex ageret foꝛmidantes. heu
cur nesciunt moꝛtales q̊bus hoc
eueniet qꝺ tũc. Certe si illiꝰ non
foꝛet ignoꝛãtia: totiẽs nõ pecca
rent nullũ q̃ toto tp̃e gessimꝰ pec
catoꝝ iudicẽ latere potuit: imo
cũcta q̃ fecimꝰ tãq̃ si foꝛẽt p̃ntia
cũctꝭ astãtibus clara erãt:ita vt
minimũ nr̃oꝝ cogitaminũ sicuti
fuerat apparebat. Cõsidera nã=
q̃ q̊bꝰ ⁊ q̊t agitabamur terroꝛi=
bꝰ hic demonũ mł̃titudo stabat

mala testificātes q̄ fecim⁹: locuꝫ modū ꝛ tēpora declarantes. his nosmetipsi q̄ obiiciebātur nulla ten⁹ cōtradicere poteram⁹: tū qꝛ habebam⁹ iudicē cūcta sciētem. tū qꝛ ipm qlꝫ nr̄m iustissimū cognoscebat. heu qd dicā? Quam sniam p̄stolabamur: ob ei⁹ mēoriā nūc formido. hincinde mala vndiqꝫ vindictā iudici acclamabāt: nec vllū pene apparebat bonum quo quid mie speraremus hinc nos dignos supplicio oēs q̄ aderāt exclamabāt. Cūqꝫ iam nil deesset nisi sentētiā publicari que pctōrib⁹ digna dat͛. Ecce gl'iosus hieronym⁹ cūctis splendidior astris a beato Johanne baptista: summoqꝫ aploꝝ principe Petro necnō ꝛ angeloꝝ ingenti multitudine comitat⁹: ad presidentis iudicis thronum veniens nostrā sniam suspēdi modico tpis nosqꝫ sibi dari ob reuerentiā ꝛ deuotionē quā sibi ꝯtuleram⁹ ꝛ ꝓpter erroris destruēdi necessitatē (vt voluit) ipetrauit. Deinde nos secū ducēs omni illa beata vallatus societate vbi fideliū aie inestimabili gl'ia ꝑpetuo perfruūtur: q̄ ibi gerebātur (vt redderem⁹ testimoniū) declarauit. Post hec ad purgatoriū ꝛ infernū nos deducēs non solū q̄ ibi erant indicauit: sꝫ voluit vt penarū experientiā ꝓbaremus. his ergo oibus sic peractis: hora qua nostra cadauera sacco (q̄ beatissimus fuit vsus hieronymus) tetigit venerabilis Eusebius: idē gloriosus hieronym⁹ nobis imperauit vt ad corpora rediremus: mandans vt de his q̄ vidim⁹ testaremur: ꝓmittēsqꝫ nobis vicesimo die si de ꝑpetratis pctis nos ꝯtingeret debitaꝫ penitentiā exercere: cū btō Eusebio (qui tunc erat ex hoc migraturus seculo) gloriā finis nesciā adipisci. Sicqꝫ corporib⁹ nostre aie sunt coniuncte. multa siquidem Augustine charissime formidāda: que mortaliū impressa mentib⁹ ab eisdē labētiū oiꝫ terrenorū amorē ꝛ curam peruigilem (qua tot aberrant hoies) vt puto fundit⁹ extirparēt patēter didici: que si his chartis iprimerem plus cogitato opus ꝓcederet: nec esseꝫ compos scribere iā ꝓmissa. Itaqꝫ cū de proximo te expectā visitaturū gloriosi hieronymi reliqas vt tue quas pridie recepi littere fatebant͛: hec oia hoc fine claudam tāgens venerabilis Eusebii sepulturaꝫ vt ad miracula redeā enarranda q̄ superius sum pollicitus enarrare. Obit⁹ nanqꝫ venerabilis Eusebii et triū hoim p̄dictorū seriē in precedentib⁹ q̄ꝫ breui⁹ potui iserui. q̄dā tibi vt puto affectuosa interponēs. Sed nunc predictorum sepulture series ita patet: mortuo venerabili Eusebio hora tertia: plura sunt miracl'a

cunctis visa. q̄ precedentis vite sanctitatē testificata sunt quorꝫ ad presens duo solūmodo dicā.

¶ Miraculum. Cpm.5.

Monachus quidem eiusdeꝫ cenobij pre lachrymis ꝛ vigilijs priuatis corporali lumine oculorꝫ/statim vt Eusebij corpꝰ venerandum facie tetigit/pristine lucis gratiam est adeptus.

¶ Aliud miraculū. Capi.6.

Demoniacus autem quidā dum sacrum corpus ad ecclesiam duceremꝰ/eidē obuians est protinus liberatus. Juxta ecclesiā in qua gloriosissimi hieronymi cadauer sanctissimū ē humatū/venerabilis Eusebij corpꝰ honore debito nudum magistri instar sepeliuimus. In cuiꝰ etiā ecclesie cymiterio hominūꝫ illorum trium qui eadem hora sunt mortui/fuerint corpora tumulata. his ꝙ dictis venerabilis Eusebij cūcta sileant/vt pregrādia ꝛ ineffabilia locum teneant prodigia hieronymi iam promissa.

¶ Pulchrum miraculum de Sabiniano heretico/ꝛ siluano episcopo. Capitulum.7.

In ameno siquidem ꝛ iocūdissimo mirabiliū gestorūꝫ sanctissimi hieronymi prato positus/vti serium faciēs precipuos et decoros miraculorum flores ad huius opusculi venustatem ꝛ nostre posterorumve salutiutiles: proposse legam. Quorꝫ omnium qđ pridie erga sabinianum heresiarchā pestiferū (quē agnoscis) peractuꝫ est primo dicam. sabinianus nāqꝫ hereticorꝫ fautor ꝛ duas in christo asserēs volūtates (qđ peius est) inter se quādoqꝫ discordes. ad tā inopinabilis falsitatis probationē introducebat illud qđ in euangelio christꝰ dixit. Pater si fieri potest transeat a me calix iste. Eliciēs ex hoc ratiōes grauissimas et pene inexcertabiles: ꝙ passionem voluerit vna fugere voluntate ꝛ altera eandeꝫ coacte subire oportuerit passionem. Ex his dicebat ꝙ ml'ta christus voluit que obtinere non potuit: tantuꝫ in nos dolorum exercuit: ꝙ magnitudinem explicare nequiuimus. Peruertebat nāqꝫ idem pestifer anguis ꝛ lupꝰ rapax se vestimento induens ouium: nobis commissum gregem. Et vt seuiciam diri pectoris efficaciꝰ exerceret/opusculū quoddam compilauerat. falsis probans rationibꝰ hoc sic esse. Quod qdē opusculum (vt fidem ei daremꝰ) glorioso hieronymo totius veritatꝭ speculo intitulauerat: cuius falsitatꝭ noticiam aperiens sciēs tibi gloriosum hieronymū episto

lam sup huiꝰ erroris destructio-
ne non multũ ante suũ obitũ edi
disse: predictũ heresiarchã cum
suis discipulis ⁊ eiusdẽ nequicie
ministris inuitaui quodã dñico
in ecclesiã hierosolymitanã ad
disputãdum et suũ errorem ne-
quissimum cõprobandum. Quo
nãqꝫ die vniuersis meis suffra-
ganeis episcopis ⁊ aliis cõpluri
bus orthodoxis: necnõ episcopo
heresiarcha cum suis nephãdis
discipulis in ꝑdicta ecclesia adu
natis: disputatio a nona īcepta
ad vesperas vsqꝫ tetendit. Dum
autem idem heresiarcha contra
nos opusculum ab ipso falso cõ-
positum (qđ glorioso ītitulabat
hieronymo) allegaret: has tan-
tas hieronymi iiurias ferre nõ
valens bone memorie Siluanꝰ
sctẽ nazareth ecclesie archiepi-
scopus/qui tãta beatum hiero
nymũ affectiõe animi ⁊ deuotio
ne colebat/vt si quid faceret di-
uinum nomẽ ⁊ beati hieronymi
premittebat. vnde quasi ab om
nibus hieronymus dicebat: pre
dicto heresiarche protinus īsur
rexit. dire eum increpans ꝙ tot
et tantas exercuisset nequicias
Dum aũt inter eos longa orire
tur cõtentio/⁊ vterqꝫ opprobria
sibi inuicem proposse diceret: in
fine sic ambo parit statuerũt ꝙ
si vsqꝫ subsequẽtis diei horã no-
nã beatꝰ hieronymus hoc opus
falso ꝯpositum euident ostẽderet
predictꝰ heresiarcha capite pu-
niret: sin autẽ archiepiscopꝰ. qui
bus finitis/singuli ad ꝓpria re-
mearunt. Per totã autem noctẽ
quisqꝫ nostrum orationibus va-
cauit: vt nobis ī oportunitatibꝰ
auxilium eueniret a dño/qui ne
minẽ vnqꝫ in se sperãtium spre-
uit. magnꝰ dñs ⁊ laudabilis ni-
mis: cuiꝰ certe sapiẽtie nõ est nu
merus. Statuta aũt die ⁊ hora
letus heresiarcha in ecclesia cũ
suis nequicie filiis veniens: huc
illucqꝫ discurrens/querebat dei
seruum tanqꝫ leo rapiẽs paratꝰ
euꝫ deuorare/veluti si foret deꝰ
nõ intelligens/nec suoꝝ seruoꝝ
preces exaudiẽs: sꝫ tñ cũ solidiꝰ
se fatuus stare crederet misera-
bilius cecidit. Stabat aũt oĩs fi
delium concio in ecclesia/ qlibet
scti hieronymi clamans nomen
Clauserat siquidẽ hieronymus
gl'iosus aures fingens se dormi
re/oratiões supplicantiũ non in
tendẽs vt mirabilior appareret
At ego totus ꝑfusus lachrymis
stupẽs et admirãs cur hierony
mus sic abesset: qđ deinceps ac-
cideret expectabã. Deniqꝫ cũ nil
miracl'i apperet/seuire cepit he
resiarcha canina rabie vt Silua
nus qđ ꝓmiserat iã expleret. ad
locũ aũt quo decollandꝰ erat Sil-
uanus sanctissimꝰ gaudens ⁊ in
trepidus tanqꝫ ad nuptias veni
ens/lachrymãtes episcopos et
alios oẽs catholicos qui ad hec

concurrerāt:his cōfortabat verbis. Exultate charissimi/ gaudete et nolite contristari:qm̄ nō derelinquit de⁹ sperātes in se:si nō exaudiar/pl⁹ meis iam ꝑpetratis nequicijs merui. Post hec genua flectēs sctē(inqt)hieronyme adesto michi si placet/q̄q̄ hoc ꝛ maiori suꝫ dign⁹ supplicio/tn̄ ne falsitas locū teneat ꝟitatis succurre. Qđ si fas non est vt adiuuet:propicius esto michi i hora mortis vt glorie finis nescie non sim exps. hec dicens spiculatori collū ꝓbuit/vt feriat ipm rogat. Eleuat aūt spiculator ensem. antistitis venerandi caput vno ictu cupiēs amputare. Adest subito hieronym⁹ gloriosus:cūctis cernētib⁹ manu extēsa tenet ensem Siluano imperans vt exurgat. Deinde heresiarchā increpans scripturas falso ꝯpositas inuēs eiq̄ minās ab hoīꝫ euanuit oculis. qđ huic:ei⁹ similibus vtinam eueniret. Cōfestim vt gloriosus hieronym⁹ disparuit: heresiarche caput terrā petijt a corpore detruncatū/tanq̄ si ense spiculatoris manus ipsum amputasset ictu vno. qđ tā mirabile cūcti videntes qui aderāt: illico stupefacti deo grās egerunt ꝛ hieronymo glorioso:ꝛ ad ꝟitatis tramitē heresiarche discipuli rediere. Ecce q̄tū venerabilis antistitis fiducia in dn̄o ꝛ btō hieronymo fuit efficax. q̄ pro veritate mori minime formidauit Exēplar certe hic factus est venerād⁹ antistes ceteris christianis nō ei christianus ille ē q̄ pro ꝟitate timet mori. Si ei xps pro nobis aiaꝫ suā posuit vt ab omi nos redimeret seruitute et nos ꝓ ipso(cum tps est)aias ponere minime timeam⁹:qꝛ nemo nisi legitime certās potest coronaꝫ glorie obtinere.

¶ Aliud miraculum de Siluano episcopo. Cpm. 8.

Uerum qꝛ de Siluano aliquid dictum nosti: aliud quoddā nō minus vt puto mirabile erga eū factū narrabo: cui⁹ tot foret testes quot ꝛ nazareth vrbs ꝛ bethleem tenet: qui proprijs oculis hoc viderunt. Serpens ille iniquus dyabolus ob suā deiect⁹ superbiā inferni profundum: venerādi Antistitis siluani nimie inuidens sanctitati: cōtra eū dolis (vt callidior cunctis animantib⁹) grauiter est cōmotus. Qui vt virū infamē redderet quatinus qui sue sanctitatis exemplo releuabantur ad recte conuersationis semitas: suo casu deciderēt ad peiora: nocte quadam formaꝫ sancti viri accipiens cuidā mulieri nobilissime iam in strato quiescenti apparuit: et se ad eam illicite accedere fingens ꝯsensum sui corporis inquirebat. Ad qđ terrore perter-

rita mulier ignorans viri speciē dum secum homine solā in thalamo cerneret nec quid faceret sciret: diras cepit voces emittere ita vt clamorib⁹ assiduis oēs excitarent dormientes: et nō solum de illa domo: sed etiam con uicini. Qui oṁes ad p̄dicte mulieris thalamū accurrentes: q̄d hoc esset interrogauere pauidā mulierem. Interea callidus serpens sub thoro se ponens: cepit latere. Qui autem accurrerant hec audientes: q̄s hic homo fuerat vbiq; perquirere inceperunt verum illi diu perscrutantes tā dem ad locū veniētes vbi pestifer latebat āguis. aliena specie occultatum hominē inuenerunt Qui eundē accensis candelis intuentes: archiepiscopum crediderunt. Ad q̄d omnes qui aderant stupefacti et veluti amētes effecti quasi quid ve agerent q̄d ve dicerent ignorabant: sciētes eiusdem sanctitatis nomen. At quia hoc tam detestabile inopinabileq; cernebant: eum interrogauerūt cur tantas neq̄cias perpetrasset. At ille. q̄d inquit malum feci? si mulier hec me ad huiusmodi negocium inuitauit. Quā mulier audiēs eum fore mendacem lachrymans correspondit. tunc ille vt homines illos erga dei virum ad maius odium inci taret quatenus illum citius diffamarent: talia cepit et tam abhorrēda v̄ba fari. q̄ nullus pre turbatione auribus poterat sustinere: quo circa eum contumeliis et opprobriis exacerbantes coacte extra domicilium expulerunt. mane autē facto que gesta fuerant enarrantes. Siluanum archiepiscopum hypocritam et dignum incendio acclamabant. Qua de re q̄si tota est nazareth cōmota versus archiepiscopoꝝ: ita vt audiendo eius nomē quilibet blasphemaret. mira huius viri patientia / ꝛ magne sanctitatis indiciū. volat ad innoxiū antistitis aures tāti fama discriminis. Os tn̄ nō mouetur ad iniurias inter tot aduersa. cor manet immobile ad nullā se vertēs impatientiā gr̄as semp agēs diuino nomi: sua hoc confitetur noxa meruisse. heu q̄d dicā Augustie? non solū iniurias ꝛ opprobria ferre vt possum fugio. sed etiā quibuscūq; verbulis frāgor. premia opto nec de laboribus curo. q̄p̄p̄ sciam ad celoꝝ regna non aliter quēpiā nisi laboꝝ et afflictionū tramite peruenire. Quid eni aliud debeo iudicare cū me a sanctis in vita et moribus discordē inuenio: nisi ꝛ discordem in morte ꝛ i premio reperiri? flebilia et grauia michi assunt si sanctorū vitam et meam recordor. miror quippe: quia auditu sanctorum gesta reuoluūt homines vti ego et tamen nil ipsi volunt perage

re. Porro hoc ad meam detegē-
dam insipientiam est qđ dicam:
pluries ab eiusdē siluani ore au
disse me scio/ nunq̄ tantum se
felicē fuisse q̄ntum cum se ab om
nibus despici ꝛ cōculcari cerne-
bat. Creuit intm̄ eius īfamia ꝙ
eius opinio vsq̄ ad alexādriam
cyprum et per ciuitates affines
pene ore oīm est delata. et lumē
domꝰ innoxij antistitis calx alie
nus tāgere nō audebat/ manēs
vero ī supnis dn̄s spectator oiꝫ
suos sinit labi sanctos in tribu-
lationū erūnas: vt tunc fideles
patiētia eos reddat: sed eos exi
gēte necessitate in pressuris mi-
nime dereliquit. Reuoluto itaq̄
anno quo dyaboli astucia talia
erga dei hoiem ꝑpetrauerat/ ci
uitatē nazareth (vt illaꝝ gentiū
aliqualiter scandalū mitigaret)
vir dei occulte deserēs ad eccle
siam in qua humatum gloriosi
hieronymi corpꝰ quiescit tanq̄
ad refugij portum veniens: se in
sepulture loco posuit oraturus.
Quo per duarū horaꝝ spacium
sic manēte/ vir quidam nequicie
spiritu inflammatus ī predictā
ecclesiam intrans sanctumq̄ vi-
rum reperiens super sepulturaꝫ
in oratione positum. ad eum ve
lut draco cucurrit/ et iproperās
ꝙ mulierum mētes ad libidino-
sas suas voluptates cōtinue in-
citaret. Quem agnus innocens
Siluanꝰ se despici gaudens hu-
militate solita vt ista sepe ei di-
ceret blādis colloquijs inuitabat
Qđ pessimus iste latro audiēs/
gladiū ex vagina suo pendenti
latere ipudica trahens dextera
ipm vt Siluano antistitis guttu
ri immergeret eleuauit. Cui cum
hoc verbum succurrere hierony
me gl'iose venerādꝰ antistes op-
poneret in guttur ꝓprium eleua
tum gladiū immersit viri illius
dextera retrouersa. Et sic vt de-
cebat seipm vir nequissimꝰ inte-
remit/ vt in lacū caderet quē ef-
fodit. Admirabile hoc. sꝫ nō mi-
nus est admirabile id qđ restat.
Casu itaq̄ aliꝰ superueniens vir
nequissimꝰ/ hoc qđ vltione diui-
na perpetratum fuerat vt vidit
protinus gladiuꝫ arripiēs a dei
viro hominem illum estimās in
teremptum Siluanum iterfice-
re conabatur. ne nimia verba lo
quar: id qđ ꝑmo acciderat: huic
euenit. Quin nondum vir ille se
cundus in terram ceciderat: et
duo viri alij ecclesiam intrauere
Qui vidētes diuini ignari iudi
cij: hoc tātum fuisse perpetratū
scelus a dei homine putauerūt.
Quorū vnus illud pre alio gra-
uius ferens furta vesanie vndi-
q̄ inflammatus: latro ceperat
q̄ntuꝫ potuit exclamare. vsq̄quo
viget tua malicia? tu mulieres
ad tuas lubidinosas cogis volu
ptates: ꝛ hoies interficis in oc-
culto. Certe tue hodie nequicie

erit finis. Et subito proposse cu
currit vt eū extingueret vibrato
ꝛ denudato ense. At vbi Silua=
nus more solito succurre glorio
se hieronyme exclamauit vir ille
vt duo p̄mi se manu ꝛ ense pro=
prio interficit. vir aūt alius q̄ cū
ipso venerat hoc intuēs treme=
būdus ob visionē ad ecclesie fo=
res cucurrit: qui hoc maleficijs
factū putās q̄tū poterat clama
re cepit. huc oēs accurrite. ecce
maleficus Siluan⁹ archiepisco=
pus nō solū mulieres vituperat:
sed suis etiā incantationib⁹ ne=
cat hoīes toto posse. fit his audi
tis nimius viroꝝ et mulierū cō=
cursus. verberant aera voces:
cōbustione Siluanum archiep̄ꝫ
acclamātes dignū. hec ad meas
sonāt aures/testis ego ꝛ lachri=
mans ad tantum pergo mōstrū
Stabat agnus inter lupos atro
cissimos seuiētes vt canes fame
lici rabie nō minima letus ꝛ mi=
tissimus tanq̄ fungens prospe=
ris: nil dicēs aliud nisi hec iuste
patior: quia in deum meum pec
caui. grauiter verberaẗ vir inno
cēs/capitur ab oībus. vt ad sup
plicia tāto letior q̄to pena gra=
uior deducaẗ. At dum ego ma=
nu silentium populo eius optās
furorem nimiū mitigare isinuo
eo ampli⁹ iracundia ꝛ furore po
pulus inflammatur. Cūq; iā ca=
ptus Siluan⁹ extra ecclesiā du
ceretur: subito gloriosus hiero
nym⁹ (vt visum est) de loco ī quo
iacebat surgens tanto circūfu=
sus lumine q̄ radijs in eū intu=
entiū oculi vibrarentur / cūctis
cernētibus apparuit: sub deuo=
tissimo antistiti auxilia donatu=
rus. Qui sua dextera Siluani ve
nerādi capiens dexterā his qui
eundē captū retinebant antisti=
tem: voce terribili vt eundem di
mitterēt imperauit. tāte siquidē
fuit virtutis hec iussio: vt anteq̄
finiretur vox talis oēs repente
tātus timor inuasit/q̄ oī vigore
corporis destituti in terrā velut
mortui cecidere. Inter hec muli
er quedam a nephādo spū obū=
brata cathenis vincta/cōpedib⁹
manicisq; ferreis alligata. pluri
um hoīm manibus liberationis
obtinende causa ad ecclesiā de=
portatur. At vbi mulierꝫ pes ec=
clesie tangit limē: vlulatus ꝛ vo
ces terribiles: miserere mei glo=
riose hieronyme nā per te cruci
or ante tempus/dyabolus emit
tere non cessabat Cui gloriosus
hieronymus nephāde (iquit) spi
rit⁹ ab hac exi dei famula/ꝛ tu=
as detege quas erga Siluanuꝫ
egesti fallacias in siluani forma
omnibus te demonstrans. Tūc
dyabolus (vt gloriosus hierony
mus iusserat) in Siluani forma
ita vt ab omnibus Siluan⁹ ar=
chiep̄s crederet apparuit ꝛ rem
quā fecerat vt infamē redderet
dei famulū enarrauit. his dictis

diris clamoribus et vlulatibus ne phandus spiritus de templo disparuit. Quot vbi tam mirabile negocium est peractum. Hyeronymus gloriosus sui antistitis dexteram non relinquens quid optas (inquit voce leui) Siluane charissime tibi placitum me factum. At ille. mi domine (inquit) vt me hic amplius non relinquas. ad quem gloriosus hieronymus correspondit. Quod postulas ita fiat Post me ergo velociter veni. Hec dicens protinus cunctorum visui se negauit. Interuallo autem hore vnius facto Siluanus archiepiscopus expirauit. Fit ob hoc cunctis stupor et admiratio inaudita Undique mulierum et virorum necnon et puerorum confluit multitudo. lachrimarum effusione terra madet: voces / lamentationes / vlulatus / gemitus et suspiria in rama sonant quilibet se reum eo quod in Siluanum commisisset veniam poscens clamat. Per totam autem sequentem noctem. gemitum multitudo ab ecclesia non recedit. Itaque mane facto clero ad antistitis venerandi funus preparato. corpus eiusdem ad nazareth ecclesiam honore congruo deportatur: tam illius ciuitatis quam istius scilicet bethleem populi multitudine comitatum. in qua quidem ecclesia nazareth corpus illud venerandum humauimus vt dicebat. longa certe adhuc verba ac etiam admiranda presulis modo merita plene promerentur: sed quia dicendorum pregrandis paret area. eiusdem venerandi presulis actus finiam: quedam alia non minus grandia breui verborum scemate narraturus.

¶ Aliud exemplum de duobus paganis. Ca.9.

Enarrandum puto quoddam satis mirabile. quod partim relatione veridicorum testium / partim oculorum visu didici. Duo viri nobilissimi et rebus transitoriis locupletes. licet catholice fidei veritatis inscii: tamen vt in gentilium ritu geniti satis boni. gloriosi Hieronymi mirabilia audientes. ex ciuitate Alexandria multis adunatis opibus deuotione eiusdem feruidi ceperunt iter: vt eiusdem gloriosi Hieronymi reliquias visitarent. Cumque iam incepto itinere quoddam a tramite deuii introissent nemus: vbi nulla hominum aut equorum vestigia videbant: beati Hieronymi inuocantes nomen eiusdem se custodire tradiderunt. In eodem siquidem nemore quidam princeps latronum habitabat habens sub se plures quingentis latronibus. hos et illos ad aliquod predestinans iter vt transeuntes interficerent. et ad eundem et ceteros spolia reportarent Is itaque princeps hos transeuntes intuens tribus conuocatis latronibus

vt ad eos interficiendū accederent iperauit. Qui sui principis implere cupientes iussa assūptis armis illorum qua gradiebant alexandrini cōcito cursu tendūt Magna siqdez gloriosi hieronymi merita/magna ⁊ pdigia forte vt puto a sanctis modicis talia nunq̄ visa. Accesserūt latrones vt transeuntes mactēt. Sed dum prope fuerūt quos pri⁹ solum cernebant duos paulominus innumerabiles esse vident inter quos quidā vir preibat tā to lumine circūlustrās vt intuendi in eum aliqualiter fas nō eēt apphēdit timor/stupor ⁊ admiratio hos latrones. Quid aliud possint facere nesciūt nisi ad latrones alios remeare. At vbi iā forent a longe redeuntes retro uersi solū duos (vt pri⁹) hoies re uiderunt. Mirātur nimis latrones et se illusos arbitrātes cepe runt ad transeūtes homines retrogradi. At vbi appropinquauerunt vti prius viderant nūc viderunt. magis ac magis stupefacti latrones cernentes in vacuum se redisse terga verterunt: ⁊ velociter ad suū q̄d hij fecissent expectantē principem deueneṙt Increpat eos princeps quid tā diu peregissent. Sed cū rem gestam audisset eos insipientes et fatuos existimās. duodeci aliis latronibus cōuocans cum eisdē versus transeūtes homines mittit cursum. A longe duos cernūt sed ppinqui vti primi viderāt sic ⁊ isti. Eorūdem ptinus tremunt bases/ trepidat cor/ fiunt velut amentes/oi vigore animi destituti. Tandē i se redeūtes eos la tenter sequunṫ cupientes q̄d de inceps accideret edoceri. Trepidant vero hui⁹ nescij trāseuntes hos videntes hoies ⁊ interi se q̄ hi sunt auide pcontanṫ. Deniq̄ iā ad occasum solis iclinata die cū quid faciāt in nocte nesciant illos duodeci latrones viatores estimātes ad eosdē consulendū statuūt declinare. At vbi ad latrones veniēdi iter carpūt eosdē solū modo duos cernūt/quo latrones vigorē adepti transeūtibus et ipsi ptinus obuiauerūt/ qui oēs simul iuncti se inuicē salutauerunt. Interim interrogāt latrones qui sint/vnde veniant/ et quo pgant. At illi/viri (inq̄ūt) sumus de alexandria veniētes petimus bethleē vt gloriosi hieronymi reliquias visitem⁹. Ad hec latronū princeps. Qui inq̄t illi viri fuerunt qui hucusq̄ vobiscū tm̄modo veniebāt. Mirātur hos talia fari viatores: et se postq̄ nemus intrauerūt neminem nisi ipsos ⁊ tres alios vidisse vel audisse dicunt. Que gesta fuerunt tunc princeps latronuz narrat: illos obsecrās vt ipis ob quam causam hoc acciderit si agnoscāt debeāt iudicare. Qui

